

















48. Bd. 1664. 6<sup>a</sup> Rhetius, Joh. Frid.: De concurrentium actionum  
1665. } natura et effecta 1665  
66: Rhetius, Joh. Frid.: De interruptione praescriptionum 1665.

1. Brunnemannus, Johannes: De limitibus Germaniae Von Gräntzen

2<sup>a</sup> Brunnemannus, Johannes: De delicto servi alteriusve  
domini corrupti ejusq. iudicio. 2 Sumpt. 1672 et 1692

3. Morius, Fredericus: De jurata specificatione haereditis  
et aliorum.

4<sup>a</sup> Deckerus, Frachius: Ad legem Aemiliam 38. T. de  
minorib. de praescriptione conventionali et minore  
adversus eam a principe restituta. 3 Sumpt. 1665 et 1720.

5<sup>a</sup> Rhetius, Johannes Fredericus: De interruptione praescriptionum  
2 Sumpt. 1665 et 1686.

6. Rhetius, Johannes Fredericus: De concurrentium actionum  
natura et effecta.

7. Rhetius, Johannes Fredericus: De occultis

1666

1. Brunnemannus, Johannes: De plurium personarum obligatione



1666

2. Meyer, Auro: De iurisdictione Saxonica in rebus  
allodialibus immobilibus.

3. Techerus, Frachimus: Ad legem: frater a fratre  
38 de condic. in deb.

4<sup>a</sup> <sup>26</sup> Rhetius, Joh. Fidericus: De hospitatura

5. Rhetius, Joh. Fidericus: De versura

6<sup>a</sup> <sup>26</sup> Rhetius, Joh. Fidericus: De abolutione

7. Hygius, Samuel: De beneficiis rationes  
in solutum.

8<sup>a</sup> <sup>26</sup> Hygius, Samuel: De effectibus agonizantium.



DISCIPLINA PERIBICA  
IN LIBRO

LIBRO

LIBRO

MEINHARDT





16

1. *[Faint handwritten text]*

3.

2. *[Faint handwritten text]*

4.

3. *[Faint handwritten text]*

5.

4. *[Faint handwritten text]*

6.

5. *[Faint handwritten text]*

7.

6. *[Faint handwritten text]*

8.

7. *[Faint handwritten text]*





7862.

1666, 6a

*JK*  
18

DEO *Absolutissimo auxiliante*  
De

# ABSOLUTIONE,

DISPUTATIONEM SOLEMNEM

Ex consensu Magnif. Facultatis Juridicæ

*In Almâ hac Viadrina*

PRÆSIDE.

DN. JOHANNEN FRIDERICO  
RHETIO, J.V.D. PAND. PROF.

Ordin. & h. t. Pro-Decano.

*in Auditorio JCTorum*

*Die 12 Julij. 1666. horis ante 5 Pomeridianis.*

Pro Solitis in utroque jure honoribus obtinendis.

*Habebit.*

JOANN. CHRISTOPH. OTTO,

Berlin, March.

FRANCOFURTI cis VIADRUM

*Excudit ANDREAS BECMANUS.*





AUGUSTO. AC.  
DNO. ELECTORI.

A. CONSILIIS,  
VIRIS. GENEROSISSIMIS.

DNN.

DN. NICOLAO ERNESTO.

A. PLATEN. EIVSDEM. SERENISS. ELECTOR.  
RERVM. BELLICARUM. COMMISSARIO. GENE-  
RALI. ET. LENINIENSIS. PRÆFECT. CAPITANEO.  
DNO. HEREDITARIO. IN. DEMMERTIN. ET. QVIT-  
ZOW. &c.

DN. LUCIO A. RHADEN.

CAMERÆ. ELECTORAL. JUDICIARIE. QVÆ. COLO-  
NIÆ. AD. SPREAM. EST. VICE. CANCELLARIO. IBI-  
DEMQUE. CONSISTORII. SUPREMI. UT. ET. SV-  
PREMÆ. APPELLATIONVM. CVRIÆ. RAVEN-  
SPERGENSIS. PRÆSIDI. Etc.

DOMINIS. MECÆNATIBVS.

OPTIMIS.



POTENTISSIMO.  
BRANDENBURGICO.

STATUS. INTIMIS. &c.  
MAXIME. STRENUIS. AC. MAGNIFICIS.

DNN.

DN. FRIDERICO. von JENA,  
SEREN. ELECT. PER. PRINCIPATVM. HALBER-  
STADIENSEM. CANCELLARIO. VT. ET. A. CON-  
SILIIS. FEVDALIBVS. &c.

DN. JOHANNI KÖPPEN.  
JCTO. CELEBERRIMO. ET. CONSILIARIO INTI-  
ME. ADMISSIONIS.

AC. PATRONIS. MEIS.

MAXIMIS.





HOSCE. LABORES. MEOS. HV'MILLIME. OFFER  
ROGANS.

UT.

EOSDEM. PROPITIO. VVLTV. EXCPIANT.  
INSIMVLQVE. BONAS. PRECES. PRÆCOR,  
UTI.

CONSILIA. ILLORVM. PROSPEROS. EVENTVS. SORTI-  
ANTVR. RES. OMNES. AD. VOLVNTATEM. FLVANT. ET. IM-  
MORTALE. NVMEN. EOS. SERENISS. PRINCIPI. PATRIÆ. FAMI-  
LIIS. SVIS. ET. MIHI. IN. STVDIORVM. MEORVM. COMMEN-  
DATIONEM. SERVET. FELICES. ATQVE. INCOLV-  
MES. IMO. QVOCVNQ. MODO. AGANT.  
EA. DEVS. PROSPERE. VORTAT.

QVÆ. PRECOR. EVENIANT.  
VRAR. GENEROSIS. & MAGNIF.  
EXCELL.

DEVOTISSIMVS. CLIENS.

JOANN. CHRISTOPH. OTTO.  
BERL. MARCH.







Q. D. B. V.  
L. B. S.

**A**bsolutis per Dei gratiam eousq; Studiis, ut à Magnif.  
Facultate Juridica in hac almâ Electorali, ad Disputa-  
tionē, ut vocant Inauguralem, admitterer: quā nam  
ex voluminibus juris nostri materiam eligerem, vari-  
è mecum deliberanti, in mentem venit præsens de ABSOLUTIONE,  
viam materia hujus monstrante cap. ex literis tuis, x. de pro-  
bat. verb. cum promptiora sint jura ad solvendum quam ad con-  
demnandum. l. Arrianus 47. de oblig. & action. l. absentem.  
5. ff. d. poen. verbis satius, enim esse impunitum relinqui facinus  
nocentis, quam innocentem damnare, & §. fin. Instit. de perpet.  
& temporal. action. ubi omnia judicia absolutoria esse dicuntur.  
Exemplum in promptu est; ponas enim in rixâ mortuum, videas  
tot vulnera, quot in rixa persona, numne omnium aut plurium,  
vel unius tantum incerti tamen sanguine delictum expiari fas e-  
rit? numne ita veritas dubia certa existet? hic certe melius, cum  
dubium sit, in eam partem vergere, in qua si erretur, levius pec-  
cetur. Hanc partem nobis absolutio constituit, quis enim negabit,  
absolvendo justius si peccatum sit, quam condemnando à judice  
peccari, cum leges hoc ipsum concedant, l. 9. & 56. ff. de R. J. Mo-  
dest. Pistor. part. 4. quæst. 141. n. 16. hinc est ut equali testiū nume-  
ro affirmantium scil. & negantium existente posteriores præpo-  
nantur. Cardinal. Tusch. voce testes concl. 240. n. 23. & 31. æque  
ac si deponant pro defensione ac innocentia rei, licet à contraria  
parte magis idonei sint. Jason. consil. 167. vol. 4. eodem modo, si  
ex duobus rixatoribus alter interfectus, in dubio vivum ne an  
mortuum primum aggressorem iudices, primum absolves, si am-  
bo ad-

A

bo ad-



*ho adhuc vivant, neuter ut primus de pace fracta poterit accu-  
 sari, Tiraquell. de jur: primogenit. quæst: 17. opin. 6. n. 17.  
 Imò quotiescunque dubitas de justitia vel injustitia partis, si con-  
 scientia tua velis consuli, en absolutionem! quam si arripueris,  
 sanctius egisse predicabere; melius namq; est mille absolvere,  
 quam innocentem etiam unum condemnare, quia misereri delin-  
 quentium, vera demum est justitia. Guilhel: Bockel: disquis.  
 6. de publ: judic. sect. 6. n. 1. pag. 102. per Can. vera justitia 15.  
 distinct. 45. Unde Cbrysostronus, Tutius, inquit, est, chordas in-  
 tentius remittere quam protendi, remissarum enim intentio ar-  
 tificis operâ convalescit, ast ubi chorda semel rupta est, nullo ar-  
 tificio reparari potest. Scacc: de commerc. §. 1. quæst. 1. pag. 83.  
 n. 500. hoc tamen providebit iudex, ne 1. clementior sit lege, 2. ne  
 melior inde fiat conditio delinquentium quam innocentium, pu-  
 ta, si ex absolutione rei, actoris condemnatio redundaret, aut  
 fama illius saltem aut existimatio sugillaretur. 3. si delictum  
 atrox sit, ut inde melius sit, innocentem condemnare quam no-  
 centem dimittere, Ernest. Cothman. resp. 15. n. 199. Hanc igitur  
 materiam (qua methodo ex titulis singulis capitibus prefixis  
 apparebit) explicaturi, quo propositum eò feliciter cedat, in no-  
 mine Domini nostri Jesu Christi auspiciamur. argum. l. 2. princ.  
 C. de offic Præf. prætor. Afric. sit Deus T. O. M. principium, me-  
 dium & terminus, Novell. 109. princ. adsit mihi cum suo sancto  
 Spiritu, cum quo jam ad!*

#### DEFINITIONEM NOMINALEM

ET. REALEM.

**N**E verò in explicandâ materiâ operosiores videamur cir-  
 ca ea quæ nostri scopi non sunt, vel materiâ nec augment  
 nec illustrant, pauca de significatione vocabuli dixisse,  
 fat erit. Dicitur 1. Pignus absolvi, pro luitione pignoris, 2.  
 Absoluta causa, pro manifesta, quæ ambigûæ opponitur,  
l. 3. §. 4



*l. 3. §. 4. ff. d. Carbon. Edict. 3. Absoluti juris esse, in l. 12. C. de Collat. Absolutissimi, l. 6. C. de bon. proscript. pro eo quod manifestum atque apertum in jure est; 4. Absolvere creditorem, pro satisfacere ei aut cum pecunia soluta eundem dimittere, l. 37. ff. d. usur. 5. Absolvi sacris paternis pro liberari à patria potestate. ita enim patria potestas appellatur, in l. fin. §. fin. C. de Inoffic. Testam. B. Dn. Ludw: exerc. ad Instit. 2. Thes. 1. lit. D. pluribus vid. Calv. in Lexic. voc. absolvere. Denique & 6. ut notant Dd. Absolvere forense vocabulum est, nam illi absolvi dicuntur, qui dum de delicto aliquo vel certa causa accusati, vel rei facti sunt, coram iudice cognita innocentia absolvuntur, & ab omni culpa ac pœna liberi dicuntur, quam locutionem inde venire putant, quod rei facti vadimonio ac obligationibus quibusdam, vel etiam vinculis aut carceribus ligati, postea ex cognitione iudicis innocentes reperti, solvantur vinculis, aut alias absolvantur, unde apud Tacitum reperitur absolutus vinculis. In Foro Ecclesiastico aut Pœnitentiali, illi absolvi dicuntur, qui pœnitentiam peccati, apud Ministrum Ecclesiæ professi, gratiam delicti tulerunt. In genere, Absolutionis vocabulum idem ac Liberationem significare censemus, unde eandem sic describimus; quod sit: *Liberatio rei, à causa qualicunque in iudicio, adversus eundem intentata, vel alias à peccato commisso, qua tutus evadat ab omni damno.* nec placet illa, qua volunt esse condemnationis revocationem, aut restitutionem quandam *Specul. de contumacia §. nunc dicamus. 4. vers. aut absolutio: 12.* cum non omnis qui absolvitur vel condemnatus sit aut alias opus habeat restitutione. Est autem absolutio vel Secularis vel Ecclesiastica, utraque rursus vel judicialis vel extrajudicialis: Quæ Divisiones in sequentibus explicabuntur.*



MEMBRI B.

CAP. I.

DE POTESTATE ABSOLVENDÆ.

SUMMARIA.

- |                                                  |                                                          |
|--------------------------------------------------|----------------------------------------------------------|
| 1. Generalia potestatis absolvendi.              | 6. A Banno quis possit absolvere,                        |
| 2. Absolutio ipsa an Imperij vel jurisdictionis. | 7. Quis Absolvere possit à juramento in genere ita dicto |
| 3. Meri Imperij tres gradus.                     | 8. Quis à juramento ad effectum agendi.                  |
| 4. A Pena mortis absolvere Majestatis est.       | 9. à Juramento licito absolvere nemo potest.             |
| 5. Quod limitatur, respectu Legum Divinarum.     |                                                          |

**A**Ntequam de ipsa Absolutione agamus, meritò personam judicis, penes quem potestas absolvendi est, considerabimus. De qua hanc regulam ponimus: quod in genere is possit absolvere qui condemnare, *l. 3. ff. d. rejudic. c. verbum 51. De penit. distinct. 1. c. cum inferior. 16. x. de Majori & obedient.* eadem enim potestas ligandi est, quæ est absolvendi. *Tusch. vol. 1. concl. 40.* quamvis interdum is quoque absolvere possit, qui nequit condemnare utpote si ex privilegio absolvendi potestatem habeat, *Manoch. arbit. Judic. quest. 43. n. 23.* itidem quando versetur iudex in materia correctoria, hic sublatà licet potestate condemnandi, salva tamen manet absolvendi, *Socinus reg. 4.* Sic clarissimos absolvendi potestatem habet delegatus Principis, cognitor tantum, quamvis condemnare nequeat. *l. quoties virum. 3. §. 1. C. ubi Senat. vel. clariss. civilit. vel. crim. conven. poss. ibi Magnif. Dn. Brun-*  
2. *neman.* Ipse vero absolutionis actus, an Imperii sit an Jurisdictionis, non immeritò quæritur; nos pro diverso respectu ex ante dictis respondendū putamus, & Imperii esse & Jurisdictionis, ut potè, si in actu Jurisdictionis voluntariæ partes invicē se ab-



se absolvant, ejusdem speciei erit ipsa absolutio, si in contentiosa hujus erit. Meri vero Imperii est quando condemnatio ex eo descendit, *l. 6. princ. ff. de. Offic. Procons. & Legat.* unde etiam à Procursule legato ipsius mandari nequit, non enim potest quis gladii potestatem sibi datam, alii dare, *Meier in Colleg. Argent. ad d. t. l. 13.* Meri Imperii tres gradus sunt, 3. pro tribus poenarum generibus, *l. 8. & 28. ff. d. poen.* [1.] continet poenam capitalem & mortis quâ vita adimitur, sive anima à corpore separatur, [2.] Poenam morti proximam, quâ caput & vita civilis, h. e. jus civitatis adimitur, [3.] poenam, quæ magis ad existimationem quam capitis periculum pertinet *l. 6. §. fin. l. 21. & d. l. 82. ff. d. poen.* prout latè hoc deducit *Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. c. 8. 9. & 10.* A poena mortis quæ 4 Imi gradus est, neminem nisi Principem, aut alium penes quem Majestas est, absolvere posse, constat. Sic Carol. V. Imperator, licet Mediolanensi Senatui Regiam ferè potestatem concesserit, delictorum tamen veniam largiri, aut literas salvi conductus delictorum reis concedere excepit, *Bodin. lib. 1. de Republ. c. 8. & 10.* Sic Curia Lutetiana olim credidit, hoc jus nec Regis matri, sine Majestatis detrimento concedi posse. *Bod. d. l.* Sic Tiberius sustulit Asyla, ut gratia servatorum solis Principibus accepta referatur, *Tacitus lib. 3. Annal.* ex quibus omnibus jure Majestatis absolvendi potestatem competere palam est, *Carpz. prax. crimin. part. 3. q. 150. n. 14. 15. & seqq.* Hinc in Imperio nostro, Imperat: Electores, & reliqui Principes, jura territorialia habentes, quibus annumeramus etiam civitates Imperiales, à poena mortis absolvere possunt, Nolumus verò intelligi veterè illum si unquam fuit modum absolvendi, quò solo interventu Principis, dum supplicium sumebatur damnatus eximebatur ac restituebatur, qui ut irrationabilis meritò in desuetudinem abiit. Excluduntur verò Civitates municipales, quæ sine consensu Superioritatis veniam delictis concedere nequeunt, cum Superioritati in-

A 3 judi-



judicando subiiciantur, adeoquin hic nihil à se habeant. Nec  
 potest iudex inferior qui licet comdemnavit ac insuper jam-  
 jam ipsi constet de innocentia rursus absolvere sed Principi  
 hoc referre debet ejusque expectare concessionem, ipse enim  
 lata sententia, functus est officio suo, *p. l. i. in fin. ff. de quæst.*  
*Clar: quæst. 89. n. 8.* secus tamen est in Civitatibus municipa-  
 libus pactitiis, quibus Princeps forsitan ejusmodi jus exercere  
 5. permisit, inque eo consensit. Ea verò quæ modo dicta ne-  
 quaquam extendi possunt ad pœnas lege Divina Statutas, de  
 quibus ita, *Bodin. lib. 1. d. Rep. c. 10. ego,* nec Principibus ullis  
 Christianis nec mortalium cuiquam, veniam largiri conveni-  
 re statuo, si scilicet scelus lege Divina capitale fuerit, fit enim injuria  
 legi Divinæ quæ necessario in ipsum ejus autorem redundat, à  
 quo propterea hoc ipsum non raro puniri solet. Unde *Ambros.*  
*in Psalm. 118. v. 2. serm. 8.* Saulem dicit inde contraxisse offen-  
 sam quod misertus esset Agag hostium regis, quem pro-  
 hibuerat Divina sententiâ servari. De quibus *Arniseus, de*  
*Majest. lib. 2. cap. 3. n. 6. Limnaus de jur. Publ. lib. 4. c. 8. n. 278.*  
*& seqq. Thes. 13.* quod actu probarunt Dni Scabin. Lips. dum  
 in casibus homicidii aliquoties ita responderunt. *So wird*  
*der beflagte / wegen begangener entleibung hinwieder mit dem*  
*Schwerdte vom Leben zum Tode billich gestraffet / und möchte*  
*ihm auch solche straffe auf die beschehene vorbitte allein / ohne*  
*andere erhebliche und gnugsahme ursache / von der hohen Obrig-*  
*keit zu recht nit erlassen werden. Teste Dn. Carpz. praxi crimin.*  
*part. 3. q. ult. n. 42.* Certū tamen est has, quamvis in totum quis  
 ab iisdē absolvi nequeat, ex urgentissimis circūstantiis aliquo  
 modo mitigari posse, de quibus ne ultra viā vagari videar, me  
 remitto ad *Dn. Eichelii Jctū celeb. in Disp. de remission. pœn. &*  
*jur. aggratiand. habita in illustri Julia anno 1657.* Secundi gradus  
 6. est Absolutio à Banno; bannum imperii, prout à nemine nisi ab  
 Imperat. vel Camera irrogatur, sic quoque; nemo nisi Imperator  
 vel Camera aliquem à banno potest absolvere, *Ordinat. Camer*  
*part. 2.*



*part. 2. tit. 18. §. So auch &c. 2. prout nemo etiam saluum  
conductum iis concedere potest nisi Imperator. Matth. Steph.  
de Idict. lib. 2. part. 1. c. 1. memb. 2. n. 159. & seqq.* secus vero  
est, si ab inferiore principe aut Statu imperii proscrip-  
tus sit, ita enim is quoque qui condemnavit, literas salvi conductus  
concedere, & insimul eundem à banno absolvere potest.  
Judex verò inferior bannitum absolvere nequit, quamvis i-  
psi constet de innocentia ejusdem, sed Principi hoc ipsum  
referat necesse est, *Ruland. Thesaur. Execut. part. 3. c. fin. n.  
47. & 316.* ubi addit, tutius semper esse Principem adire, li-  
cet etiam ex fictis probationibus quis condemnatus sit, in quo  
casu tamen à iudice retractationem sententiæ peti posse, sta-  
tuit *Natta consil. 44. in fin.* De Absolutione à juramento, 7.  
[quæ est restitutio contra juratam obligationem, ex justa &  
probabili causa læsis concessa, sive declaratio juramenti in ef-  
fectum non obligatorium, *Rauchbar part. 2. q. 4. n. 81.* quæ me-  
dicina inventa est, ad evitanda periuria. *Camill. Borell. tom.  
1. decis. 61. n. 16.*] quæritur, An illa à Magistratu Politico, rectè  
& validè fieri possit? Quod affirmatur *per t. t. C. ubi & apud  
quem cognit. restit. in integr. agit and. sit l. fin. ff. qui satis d. cogant.  
l. fin. princ. ff. ad municip. l. adigere §. fin. ff. de jur. patron. l. fin.  
C. de non numer. pecun. Hillig. ad Donell. lib. 21. c. 13. lit. y. in fin.*  
Unde *Baldus ad l. fin. C. de Non numer. pecun. & l. nec patronis  
v. sed quæritur. C. d. Oper. libert.* etiam absolvi quem pos-  
se per legem Civilem à juramento præstito contra utilitatem  
publicam tradit. Idem obtinet de jure Recessuum Imperii, ubi  
solo utilitatis Reip: intuitu, à juramento autoritate politica ab-  
solvuntur, *per Recess. Imper. de anno 1555. §. und sollen die jenigen  
59. & §. und sollen in diesen beyden verordnung 119.* uti & porro  
explicat *Cranius de pac. relig. In imper. Roman. servand. part. 1.  
problem. 7. fol. 79.* Unde idem aliàs derivant quod jurisdictio  
Ecclesiastica Pontificiorum, uti etiam expressè in *Instrum. Pac.  
art. 5. §. 47.* dispositum videre est in terris Evangelicorum, quo ad  
causas



causas spirituales expressè suspensa sit, utpote de juramentis, dispensationibus super gradibus affinitatis & cognationum ita ut nec quicquā prætendere possint. Quamvis non negè super absolute tali consuli debere qui principiâ consiliis Sacris esse solent teste *Arniseo, lib. 1. de jur. Majest. c. 6. n. 8.* Absolutione à juramento ad effectum agendi quod attinet, quamvis & illa regulariter, ad judicem Ecclesiasticum pertineat per ea quæ habet *Gail. 1. observ. 25.* nihilominus tamen Camera Imperialis [cum principale negocium ad forum Civile pertineat per se, & inde ob adjectionem juris jurandi ab ea non est separanda contra regulam juris, qua accessorium dicitur naturam & conditionem sui principalis sequi, & hic non tam de religione quam materia, non tam de validitate sive vinculo juramenti, quam de re super qua vinculum hoc interpositum fuit, quærat. *Reinking. de regim. secul. & Ecclesiast. lib. 3. class. 1. c. 10. n. 57. & seqq.*] hic quoque fundatam jurisdictionem habet, *Ordin. Camer. part. 2. tit. 24. von relaxation des Eyde ad effectum agendi,* & ita quotidie in Camera pronuntiari scribit *Gail. lib. 1. obs. 23.* sub hac formâ. *In sachen begehret relaxation juramenti N. Klägers wieder N. beklagten / ist gemeldtes Klägers angezogene Ehrsehnd / und darin begriffen Eyde / so viel ihm dadurch der weg im Rechten zu klagen verstrickt / allein ad effectum agendi, dagegen sürgerwendter einrede unverbindert / hiermit aufgethan und Relaxiret / compensatis expensis, ubi in seq. observ. tradit, an obtentâ hâc absolute, victus victori in expensas condemnari debeat? & distinguit, aut citatus apparet & consentit absolute, aut non expressè consentit, sed judicis arbitrio relinquit, aut excipiendo contradicit; prioribus casibus parcendum ei est, posteriori, ex regula, victus victori in expensas, damnatur, per c. finem litibus 5. x. de dolo & contumacia. si verò quæstio sit anlicitum sit juramentum vel non, vel an observandum sit, nec ne, absolute hæc mixti fori est, quia executio juramenti ad utrumq; judicem*



judicem indifferenter tam Secularem quam Ecclesiasticum  
spectat per *c. licet mulieres. 2. De jurejur. in 6. to* sic etiam si  
agatur ratione perjurii, ad pœnam violati liciti juramenti *c.  
novit. 13. x. de judic.* itidem si juramentum turpiter receptum  
sit; hæres verò ratione juramenti præstiti per defunctum, in  
foro Ecclesiastico in totum conveniri nequit, quia juramen-  
tum personale est, & morte jurantis solvitur, *c. veritatis 14. x.  
d. jurejur. Gail. lib. 1. obs. 25.* juramentum contractui adjectum,  
si relaxari debeat, à iudice causæ principalis absolutio petenda  
erit, & reus sive jurans, à proprio iudice, quia ad illum spectat  
cognitio causæ principalis, non à iudice actoris absolutionem  
petit. *Schrader de feud. part. 9. secundæ part. princip. sect. 13. n.  
1. 2. Covarruvias lib. 1. quest. c. 18. n. 5.* In genere verò de omni 9  
juramento sciendum, si licitum sit & legitimè præstitum,  
commodè ne quidem à summo Principe aut Papà, vel quo-  
vis etiam Legis latore absolutionē peti, ita scil. ut conscientiæ  
vinculum dissolvatur. Juramentum enim res spiritualis est,  
ideoque nulli mortalium, hocce fidei ac religionis vincu-  
lum, quo quis ipsi Numini se obstrinxit, solvere concessum:  
naturale quippe est ne alius solvat quam qui ligavit. *l. 35. ff. d.  
R. 1.* unde absolutionem ejusmodi contumeliosum errorem  
in Deum vocat *Philipp. Melanct. epit. Phil. Mor. tit. de ju-  
ram. pag. 257.* peccat quoque in eo quis, quod non con-  
sideratè satis quandoq; juravit; Sed modo juramentum salvâ  
conscientiâ, & sine injuria alterius servari possit ejus effe-  
ctum spirituale, sive vinculum, quo conscientia adstringi-  
tur, per leges humanas aboleri non posse, statuere tutius est,  
utut subsidium in foro Politico denegent quidam, ut tradit  
*Hilliger ad Donell. lib. 21. c. 13. lit. P. & lit. y.* Cæterum iudex  
Secularis, si ipsi absolutio Ecclesiastica, à juramento videatur  
injusta & sine causa, nihilominus ad observantiam juramenti  
compellere potest. *Tiberius Decianus praxi crimin. lib. 6. c. 11.*



n. 54. Hæc de potestate absolvendi, tanquam potiora dicta  
sufficiant, cætera ex his & sequentibus satis pateſcent.

CAP. II.

DE MODO ABSOLVENDI.

SUMMARIA.

- |                                                                              |                                                                                               |
|------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. De modo absolvendi generalia.                                             | 13. Ex justa tamen, causa sine peri-<br>culo fit.                                             |
| 2. Absolutio fiat citatis partibus.                                          |                                                                                               |
| 3. Actore non probante Reus absol-<br>vitur.                                 | 14. Quomodo illa detur.                                                                       |
| 4. Ampliatur hac regula.                                                     | 15. Absolutio à juram. ad effectum<br>excipiendi non datur nisi Con-<br>tractus impletus sit. |
| 5. Judex qui nec absolvit nec conde-<br>mnavit prius egit.                   | 16. Absolutio necessaria etiam est à<br>juram. invalido.                                      |
| 6. Absolutio à delictis.                                                     | 17. Etiam ab eo quod latroni præ-<br>stitum.                                                  |
| 7. Delinquens non absolvitur nisi<br>incarceratus.                           | 18. Tot requiruntur absolutiones<br>quot sunt juramenta.                                      |
| 8. Absolutio à juramento duplex. &<br>de præjudiciali.                       | 19. De absolutione ab observatione<br>judicii.                                                |
| 9. De Simplici                                                               | 20. Que non nisi ex gravi causa fi-<br>eri debet.                                             |
| 10. Absolutio à juramento requirit<br>citationem partis.                     | 21. In sententia hujus absolutionis<br>causa exprimi debet cur absol-<br>vatur.               |
| 11. Quod limitatur.                                                          |                                                                                               |
| 12. Absolutio à juram. ad effectum<br>agendi tam facile non conce-<br>ditur. |                                                                                               |

**U**T autem Absolutio tempeſtiva & eo etiam, quo debet,  
modo fiat; quantū observari poterit, jam persequemur.  
In genere itaque notamus, Absolutionem ei, qui nondum li-  
gatus vel condemnatus est, necessariam plane non esse, e. g. si  
quis juraverit, quod si juramentum tamen tacitam conditi-  
onem habeat, deficiente conditione, deficit & consensus  
partium, cum itaque in tali casu non fit juratum, Absolutio  
non



non erit necessaria, juramentum enim ultra consensum nihil  
addit, nisi religionis vinculum, *Bald. ad l. fin. C. de non numer.  
pecun. n. 1.* nec dabitur aliter, nisi ad petitionem volentis ab-  
solvi, alias enim absolutus dici nequit, *Camill. Borell. decis.  
tom. 1. tit. 62.* quæ ipsa petitio etiam per modum exceptionis  
fieri potest. *Gloss. ad c. pastoralis. x. de caus. posses. & si petita  
fuerit, præcedat necesse est causæ cognitio, l. 4. C. de accus. & in-  
script.* Quæ ipsa cognitio fieri non potest, nisi partibus qua ea-  
rum interest ad hoc legitimè citatis, in cujus defectum, absol-  
vi propterea nequit, *d. l. 4.* quod si verò Absolutio rei absenti-  
bus accusatoribus fiat, & quidem non contumacibus, nulla  
est, sententia enim absente alterâ parte lata, ipso jure nulla  
est, *l. 47. princ. ff. de re judicat. l. 7. C. quom. & quand. judex & c.  
Magnif. Dn. Brunnem. ad d. l. 4.* secus autem est, si per contu-  
maciam absentes sint, ubi & hoc addendum, Absolutionem  
sub Conditione fieri non posse, taliter enim absolutus  
non est simpliciter absolutus. Porrò fieri etiam debet Abso-  
lutio, ubicunque apparet, ex una causa malè actum esse, testi-  
bus actis, si ex iis insuper appareat, ex alia causa agi potuisse,  
melius, iudex enim ex causa ita acta reum non condemnare,  
sed absolvere debet, & jus agendi ex aliâ causâ in sententia  
eidem reservare, per *l. 30. ff. de pact. dotal. & c. 7. x. de caus.  
posses. & propriet. Baldus in auth. sed etsi quis. C. de secund.  
nupt.* Ipsam verò causam Absolutionis, in sententia exprimi  
commodius est, & si simpliciter, non expressâ causa absolutus  
fuit, in dubio ex causa in actis extante, absolutus censetur.  
*Bartol. in l. 12. 13. ff. de except. rei judic. per l. 18. ff. eodem vel ex  
ea causa quæ minus nocet, aut ob inopiam probationis, Zan-  
ger, de except. part. 3. c. 17. n. 67.* quotiescunque verò  
actor non probaverit suam intentionem, reus regulariter  
absolvendus est *l. 6. C. de edend. l. 9. C. de oblig. & action. l. 2. C.  
de probat. cap. unic. x. ut Eccles. benef. sin. deminut. confer. c. 3.  
x. de caus. posses. & propriet. Const. Caroli V, art. 201.* Negan-  
tis enim



tis enim factum, per rerum naturam directa probatio nulla est, per c. ii. x. de probat. nisi negativa talis sit, quæ non pura, sed loco & tempore coarctata, §. ii. Inst. de inutil. Stipul. l. 14. C. de contrab. & conserv. Stipul. c. 35, x. de testib. & attestat. & dicta regula procedit præprimis in criminalibus, cum in iis probationes luce meridianâ clariores esse debeant, per l. fin. C. de probat. unde in causa criminali, licet civiliter instituta, non defertur juramentum, si probatio deficiat, quamvis actor præsumptionem pro se habeat, Glossa in c. tam literis 33. verb. probat. x. de test. satius enim est, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem condemnare, per supra tradita. 4. Intelligenda verò hæc ipsa regula, quando omnino dilationes ad probandum actori data sunt: nec obtinet, si ab initio statim, vel ante dilationes probationum, actor ab actione desistat, id enim impunè facere licet, nisi fortè utraque pars præsens sit, sic enim Absolutio secundum hanc regulam peti potest. Ampliatur regula hæc, ut procedat, (1) quamvis actor sit vir bonus, reus verò homo dissolutus ac suspectæ fidei: (2) reus nihil probet, vel etiam fateatur, jus sibi non competere, nisi actor actionem negatoriam intentasset: (3) probationes aut præsumptiones pares sint. (4) reus defectum juris sui, in beneficio confiteatur, eo tamen non privatur, nisi actor jus suum probet, aut res coram Principe agi debeat: (5) de vitæ aut pecuniæ damno agatur: (6) ad probandum sese reus obtulerit, & postmodum in probatione defecerit, ubi tamen denuò conveniri potest, si autem probaverit, definitive absolvitur, in tantum, ut posthæc à molestiis actoris tutus sit, Johann. Sichardus ad l. 2. C. de probat. ita enim alias hæc regula intelligitur, ut absolvi reus debeat, actore non probante, definitive, non aliter, prout habet Glossa in auth. qui semel. C. quom. & quand. judex & c. verb. quod locum habet; in fin. secus verò est, si absente reo, terminus ad probandum statutus sit, quia tunc ab observatione judicii, absolutio



lutio tantum fit, *l. properandum §. sin autem ex gestis, C. de ju-*  
*dic:* (7) ampliatur hæc regula, ut ne quidem juramentum,  
reus suscipere cogatur, nisi actor magna præsumptione nita-  
tur, aut semiplene probaverit: quanquam in criminalibus di-  
cta ampliatio simpliciter non procedat: (8) etiam si reus actor  
per accidens efficiatur: (9) ut actor calumniari præsumatur,  
& in pœnam temerè litigantium incidat, adeò, ut ab expen-  
sarum refusione, per semiplenam probationem, non excuse-  
tur, nisi justam litigandi causam habuerit, *Menoch. A. I. Q.*  
*lib. 2. cas. 321. n. 8.* vel si testes non compareant, aut actor in-  
tegræ vitæ & existimationis sit: (10) elapsis probatoriis dila-  
tionibus, reus definitivè absolvi debet, nisi actor semiplenè  
probaverit: (11.) quamvis aliquid probaverit actor, non  
tamen semiplenè: [12.] licet etiam plene quidem probatum  
sit, actio tamen præposterè intentata: (13.) si probatio varia,  
obscura & perturbata sit: (14.) quamvis reus non petierit se  
absolvi: (15) si actor quidem probaverit, sed non illud quod  
in judicium erat deductum: (16) licet reus injustam causam  
foveat: (17) licet causa gravis e. g. matrimonialis &c. venti-  
letur. (18) etiam si reo ob contumaciam fortè defensio dene-  
getur; limitatur verò prædicta regula, ut non procedat? (1)  
in causis piis & favorabilibus, ut pote, si quis pro dote vel li-  
bertate agat. (2) in præparatoriis judiciorum, ubi pars acto-  
ris favorabilior est rei (3) quoad forum animæ; (4) quoad  
possessorium *Mascard. de probat. vol. 1. concl. 36.* Quod si verò  
judex nec absolvit nec condemnavit, attamen prius egisse  
censetur. *arg. l. 1. §. 2. C. si plur. una sentent. condemn. sint. §.*  
*l. 1. C. si advers. rem judicat.* aut si judex ita pronuntiavit, ex-  
ceptionem probatam non esse, & tamen opponentem ex-  
pressè non condemnavit, actor expensas, quas alias servare  
potuisset petere nequit, sibi enim imputet, quod non petierit  
eum condemnari. *arg. c. dilecto. 28. x. de verb. signif. Specul*  
*de except. §. nunc videndum 2. verb. sed quid si judex.* Ab-  
B 3 soluti- 6.



olutionem à delictis quod attinet, illa favorabilis præ reliquis  
*Colerus. cons. i. n. 55.* pro qua impetranda, indicium facit, pri-  
oris vitæ innocentia. *Wesemb. part. 4. cons. 156. n. 8.* impetra-  
tur verò ex variis causis, 1. ratione competentia, si scil. iudex  
in competens ex officio velit procedere; 2. ex defectu probati-  
onis, ubi quæritur, an reus absolvendus sit, cum qualitas in  
inquisitione contenta, ad unguem non sit probata? e. g. si a-  
lio tempore vel loco crimen commissum probetur, quod Af-  
firm. *Ludovic. Romanus, consil. 144. cum Glosa & Bartolo. ad  
l. eum actum. ff. d. negot. gest. & si ita in defectum probati-  
onis, non inveniatur culpabiles, à Syndicis sententia ablo-  
lutoria concipienda, expressa in eadem causa absolutionis,  
cum nomine absoluti, adjecto toto tenore inquisitionis cum  
clausula absolutoria. causa verò absolutionis, si dubia sit, non  
quod innocens, & quod delictum non commiserit, sed quod  
probatio defecerit, absolutus esse censetur, *Decianus praxi  
crimin. lib. 3. c. 30. n. 15. 3.* uti propter præscriptionem, *Decian. d.  
l. n. 11. 4.* Propter transactionem, si pacto accusator jus suum  
remisit, ita enim iudex si delictum commissum sit extra ipsius  
territorium, ne quidem ex officio procedere potest, ut vult,  
7. *Fulvius Patianus, cons. 46.* Nec conceditur delinquenti abso-  
lutio, nisi incarceratus sit, quamvis etiam datis fidejussoribus  
relaxatus sit, revocari tamen in carcerem debet, necesse enim  
est, in omnem casum reum in carcere versari, tempore ni-  
mirum ferendæ sententiæ, ne si condemnatio sequatur, fuga  
eandem eludat. *Farinac. praxi crim. lib. 1. tit. 4. quest. 33. n. 68.*  
8. *Clarus §. f. quest. 46 v. pariter etiã.* Absolutio à juramento du-  
plex est, una præjudicialis, altera simplex; præjudicialis est, quæ  
fit, ad effectum tollendi in totum juramentum ejusque  
vires, & hæc non datur sine causæ cognitione, præmissa citati-  
one partis, nisi constet de dolo, metu, aut reverentia nimia  
purantis, alias neglectis hisce duobus requisitis, citatione scil.  
artis, & causæ cognitione, absolutio adeo nulla est, ut nec  
executio*



executio ex ea sequatur, nec petens puniatur, secus tamen,  
si facta taliter absolutione, contra iuramentum egerit, ubi in-  
cidit in poenam *l. 41. C. de transact.* iuramenti enim relaxatio  
primò ad partem, & deinceps ad iudicem spectat, iudici ve-  
rò non fit revolutio rei, nisi citatà parte, E. & valet argumen-  
tum hìc à toto ad partem, si totus contractus non potest tolli  
sine citatione, nec pars eius, quæ est iuramentum. Effectus  
huius absolutionis in eo consistit, ut instrumentum vel pactum  
per se validum, iuramento sublato rescindi possit, ob læsi-  
onem, ut pote, si in contractu quis enormiter læsus fuerit,  
quem tamen iuramento confirmaverat, ibi substantia con-  
tractus prohibita non est, sed effectus, qui ipse ob iuramen-  
tum stabat firmiter, ideoque tantum hic operatur absolutio,  
ut tollat iuramentum, & contractus nihilominus valet, ut  
scil. rescindi possit eo modo, quò valebat ante iuramentum;  
si verò substantia contractus prohibita sit & iuramentum ad-  
datur, ut si minor sine certà solennitate contraxerit, contra-  
ctus invalidus est, nec iuramentum eundem confirmat; sic  
absolutio plenum effectum sortitur, sublato enim & irrito  
facto iuramento, contractus statim nullus est: sic etiam pa-  
ctum de non succedendo invalidum, *l. fin. ff. de suis & legit.*  
cum iuramento valet *c. 2. de pact. in 6.* rescisso iuramento per  
absolutionem, cum causæ cognitione, rursus nullum est, ut  
antea, *Tusch. tom. 1. concl. 54. & 56. n. 19.* Simplex est ad effe- 9.  
ctum agendi, per quam iuramentum non tollitur, uti nec vi-  
res eius, sed Jurans solum habilitatur, ut possit ea allegare, quæ  
de iure operantur, ne iuramentum valeat, & ex hac reserva-  
tur ius partibus. Et hæc iterum duplex, altera quæ datur per  
superiorè, altera quæ fit per partem, cui iuratum fuit, utraq;  
hoc modo summariã causæ cognitionẽ desiderat, ut constet  
de dolo vel læsione, postquam verò iudex de causa principali  
cognoscit, accedit plenissima cognitio, hinc ille effectus, quod  
si feratur sententia secundum absolutum, non amplius opus  
fit alia



10. sit alia absolute, ut docet *Tusch. d.l.* De hac Absolute, porro quæritur, an requirat citationem partis? *Tusch. concl. 61. n. 3. & 4.* hoc ipsum affirmat, etiam quoad eum, qui absolvit debitorem suum, vel transegit vel pactus est de non petendo, quia impugnatur per absolute hanc totus contractus, & magnum vertitur præiudicium creditoris, unde necessaria, causæ cognitio, quæ ipsa citationem partis desiderat, *per l. 13. vers. causa enim cognita & ibi Dd. ff. de minor. neque adversus partem inauditam quicquam statuendum, c. 1. x. de caus. possess. & propr. c. 8. x. de majorit. de obedient. sed semper requiritur citatio eius, qui lædi potest, l. 39. ff. de adopt. & l. 47. ff. de re judic. idque iure Divino & Naturali conveniens est, cum citatio species defensionis sit, *Clem. Pastoralis. 2. de sent. & re judic. Wesenb. in II. tit. de in jus vocando. n. 13. Gail. 1. obs. 22. n. 3. Covarr. Var. Resol. Tom. 2. lib. 1. Cap. 4. n. 5. & hoc quoque in Camera Imperiali approbatum Ordin. Camer. part. 2. tit. 24. Ibi ordnen und sehen wir zc. befindet sich dann auf solchen be- richt. zc. Idem dicit esse *Tusch. d.l. n. 14.* in absolute quam quis petit ad effectum tollendi obligationem, quæ usuraria dicitur. Prædicta tamen notabiliter limitanda sunt, (1) si notoriè constet de turpitudine & iniustitia recipientis iuramentum, ibi relaxatio fieri potest sine citatione, frustra enim id fit, cuius nullus effectus est, *l. 14. §. 1. ff. ut Legat. vel fidei commis. caveat. & citatio omitti potest, si præsens actum impedire nequeat, l. 4. §. 3. ff. de fideicom. libertat. Gail. d.l. (2) si pars citata per contumaciam emanat. *Tusch. d.l. n. 10.* (3) Si contractus non ita iuramento confirmatus quin perse- subsistere non possit, ubi non tam parti quam Deo iura- tur. *n. 13.* (4.) Si petatur absolute ad effectum detegendi u- surarium contractum, vel nullitatem saltem, aut fraudem contractus demonstrandi. *Idem, n. 15. & 17.* (5.) Si Jura- mentum temerarium sit à parte iurantis, *idem. n. 18.* (6) quan- do iuramentum non ligat ex dispositione iuris communis,***

n. 19.



n. 19, (7.) Si pars citanda absens sit, n. 20. (8.) Si sit iuratum  
de præstandis usuris, n. 21. seqq. Debet autem absolutio à ju-  
ramento ad effectum agendi, tam facile non concedi, ne oc-  
casio detur perjurii, & cum periculosa sit, nec usquequaque  
pro religione nostra tuta, ideoque ab omnibus Christianis  
fugienda, satius enim est, aliquid damni in bonis sustinere,  
quam conscientia vulnus infligere, *can. 2. caus. 19. q. 2. johan.  
Em. à Rosbach. miscel. quæst. 1. in fin.* sed fiat necesse est de ju-  
re & æquitate, ne vinculum sit iniquitatis, *c. 18. § 26. x. de ju-  
rei modo petita fuerit absolutio antequam jurans contra-  
veniret juramento, is enim qui fecit contra juramentum,  
antequam absolutus esset, absolvi nequit, Scacc. de jud. lib. 2.  
Cap. 2. n. 133. ubi. seq. n. ad tres casus hoc restringit remissivè.  
Uti nec is qui sponte & sine fraude recipientis juravit. Sic et-  
iam peti debet ante violationem contractus Bald. in l. 1. in fin.  
C. si advers. vendit. frustra enim auxilium juris implorat, qui  
contra jus committit, l. auxilium 31. in fin. ff. de minor. c. 14.  
x. de usur. etiamsi juramentum sit illicitum, arg. c. venerabilem  
34. verb. nec valet x. de elect. § electi potest. § ibi Gloss. verb. ve-  
nire. modo periculum non sit in mora aut juramentum li-  
quido illicitum ut vult. Gloss. in d. c. v. illicitum. aut alicubi  
expresse prohibitum servari, aut ipse contractus simulatus sit.  
ut habet Bald. in l. nec patronis, C. de oper. libert. cui tamen con-  
trariatur Scacc. lib. 2. de judic. n. 116. cap. 1. aut hæres jurantis fe-  
cerit contra iuramentum illicitum, hoc enim extinctum est  
morte iurantis, & hæres sine metu perjurii obligationem de-  
functi infringere potest, Ruland in Thes. jur. execut. part. 3.  
§. 9. c. 328. n. 16. Ast si ex iusta causa absolutio fiat, nullius peri-  
culi timor subest, utpote si dolus subsit saltem præsumptus,  
[quamvis multi velint, respectu ejus juramenti, ubi dolus ve-  
rus subest, absolutionem omitti posse, cum tale juramentum  
ut contra bonos mores suâ naturâ invalidum sit,] si læsio ul-  
tra dimidium facta, si metus adsit probabilis, Decianus praxi  
C crim. lib. 6.*



*crim. lib. 6. c. 11. n. 54.* item læsio enormis vel enormissima, minæ præcedentes, turpitude, mendacium, peccatum sive iniquitas, injustitia sive captiositas, minorennitas, impubertas, imò in genere ubi peccatum aliquod resultat, absolutio concedi debet, & nisi iuramentum tres comites suos habeat, veritatem, iudicium, & justitiam, ad quas tres causas tanquam principales, cæteræ omnes referuntur, absolutio peti potest, ita tamen, ut harum causarum aliqua si adsit, à peti-  
41. tore exprimat, *Tusch. concl. 59. per tot.* Absolutio etiam à iuramento ad effectum agendi, peti debet, si causa subsit, puta dolus, metus, minæ &c. ex parte adversa, sive læsio, ætas vel error, ex parte petentis. *Tusch. concl. 55.* & peti debet non ab Ecclesiastico iudice tantum, ut ipse vult, sed etiam à Seculari, ex causa tertia & quidem expressa ante litem contestatam. *Tusch. d. l.* datur verò, ubicunque iurans deceptus fuit dolo adversarii; secus si scivit valorem rei, & iurato promisit, se ratione pretii contractum non impugnaturum hic enim sibi imputet qui contraxit; quod etiam ad minorem extendit *Baldus consil. 175. lib. 4. Tusch. concl. 56.* Absolutio autem à iuramento ad effectum excipiendi non datur, nisi contractus impletus sit ab eo, qui iuravit solvere vel facere, modo implementum illud per se non sit illicitum, nec inducat peccatum respectu iurantis. Ad opponendum verò exceptiones non relaxantes Absolutio non conceditur, *Scaccia de iudic. lib. 2. c. 2. n. 136.* Unde etiam qui cum iuramento usuras promisit, solvere compellitur, & deinde repetit, per *c. si verò 6. x. de jurejur.* rationem autem cur magis difficulter detur absolutio ad effectum excipiendi, quod posset differri bonum ius creditoris sine causæ cognitione putat esse *Tusch. concl. 63. n. 4.*  
16. Necessaria etiam est absolutio à iuramento invalido, alias contraveniendo is qui iuravit, licet invalide periurus fit, *Decianus praxi crim. lib. 6. c. 11. n. 54. in f.* etiam in casu quem Canonistæ exprimunt, quo filius familias iuravit nefandè, de-  
nunquam.



nunquam alloquendo patrem aut matrem, quod ipsum contra omnem pietatem, adeoque quamvis invalidum, requirunt absolutionem, *in c. cum quidam. 21. x. de juriur. & ibi Gloss.* Unde 17. quærunt Dd. an necessaria sit absolutio à juramento, quod præstitum est latroni? variè de hac quæstione sentiunt, quidam negant, ob rationes, quod iuramentum hoc rei illicitæ promissionem contineat, & ideo ipso iure nullum sit, *arg. l. 12. in f. ff. de legat. 1. l. 7. §. 16. ff. de pact. & apertè nullum dicitur tale juramentum in auth. sacramenta puerum, C. si advers. vendit.* cum itaque metu extortum sit tale juramentum & contra bonos mores, supervacua quoque erit absolutio, quam tamen contra sentientes requirunt, propter *can. 2. caus. 15. quæst. 6. c. 8. & 15. x. de jurei.* Ut enim nulla sit respectu latronis obligatio, valida tamen est respectu Dei, ad quem omne juramentum refertur, ut itaque conscientia consulatur, necessariam esse absolutionem, adeo ut ab omni juramento quod non vergit in dispendium salutis æternæ, absolutio desideretur, quam veram esse sententiam & nos certo respectu, arbitramur, uti ferè tradit *Decianus d. l. addatur Gail. 2. obs. 42. & Tusch. qui pluribus hac de re egit in concl. 58. per tot. Scacc. lib. 2. de jud. C. 1. n. 116. & Covarr. Var. Resol. Tom. 1. f. 132. c. 2. n. 4.* Sed quid si quis de facto incarceratus, non tantum juramentum præstitit, de non vindicando carcere, sed insuper jurato 18. promisit, se non petiturum absolutionem ab hoc juramento. *Dasz der incarceratus nicht allein seiner geschwornen Verschwehde keines weges zu wieder kommen / sondern auch von solchen juramento sive Elogio, de non vindicando carcere, weder von Geist noch Weltlicher Obrigkeit / einige absolutionem bitten / noch sich davon entbinden lassen wolle / an nihilominus absolutionem à juramento petere possit?* duplicem hic Dd. petendam esse absolutionem volunt, cum duo quoque sint juramenta, alterum de negotio principali, alterum de non petenda absolutione ab hoc juramento: unde bina quoque ab-

C 2

solutio



solutio necessaria erit. *Cranius de constit religio: part. 1. probl. 8. pag. 85.* Unde etiam absolutio hæc ad effectum agendi subreptitia, & consequenter nulla, si simpliciter obtenta, dicitur, quando adsunt plura juramenta, puta de non contraveniendo, de non petenda absolute, & eâ impetratâ non utendo, debet enim de omnibus iuramentis specificam facere mentionem, idque obtinet, & si generaliter quis dixerit se jurasse, *Tusch. concl. 6. 4. in princ.* & à singulis specialiter quis absolvi debet, *Scaccia de judic. lib. 2. c. 2. n. 162.* quod si verò absolutio à juramento concessa sit, ut antea quoque probatum non servato juris ordine, eandem non valere, sed iuramentum nihilominus obtinere vires suas, volunt *Dd. per l. si quis Major, 41. C. de transact.* ut videre est apud *Menoch. vol. 1. conf. 24. n. 14.* De absolute ab observatione iudicii iam porrò videndum, & quær. an sententia absoluta ab observatione iudicii, interloquutoria dicenda sit, an definitiva? circa quam quæstionem distinguunt, ut consideretur definitiva, prout *intit. C. de sent. ex brev. recit. ubi* certæ solennitates requiruntur, & hoc respectu definitiva non dicitur, sed interloquutoria, aut consideratur, quatenus causam ac litem tollit vel finit, & sic subdistinguitur, aut ita fertur sententia absoluta, ut lis nunquam possit resuscitari, & dicitur definitiva, aut ita, ut reus iterum accusari possit ab alio, e. g. si absolvatur propter absentiam accusantis, & hæc saltem interloquutoria est, unde illud commodè explicari potest, quod habet *Bald. ad l. properandum, §. et si quidem, n. 6. C. de judic.* absolutoriam ab observatione iudicii merè interloquutoriam esse, scil. quoad litem principalem, quoad instantiam verò, & posterior species definitiva dici potest. *Scaccia. l. 1. de jud. Cap. 93 n. 4.* Ut verò ritè hæc ipsa absolutio fiat, trina citatio præmitti debet, vel una etiam peremptoria, quibus tribus, *20. quarta, ex superabundanti, addi potest. Decis. Rot. de dol. & contum. decis. 3. n. 1. Scacc. d. l. n. 5.* Debet verò fieri non nisi gravi de  
vi de



vi de causa, quoniam nocet litigantibus, dum lites protrahit,  
& ipsius iudicis incertitiam, negligentiam vel vecordiam de-  
monstrat: Sic admittitur, & actor in expensas condemnatur, si  
nolit iurare de calumnia, dummodo simus in casu, quo actor  
tenetur iurare, quoniam, quando processus nullus est, reus  
absolvi debet ab observatione iudicii, quæ absolutoria, inter-  
loquutoria dicitur, quoniam non definit negotium princi-  
pale. Idem obtinet, si libellus ineptus sit ex carentia acti-  
onis, vel ex defectu alterius solemnitatis substantialis, reus  
absolvitur ab observatione iudicii. *Scaccia de iudic. lib. 2. c. 7.*  
*n. 84.* Et absolutio ab observatione iudicii fit etiam ob con-  
tumaciam actoris, etsi is intentionem suam non probaverit,  
à iudice appellationis autem, quando sententia vitio nulli-  
tatis laborat, salvo interim jure agendi, *per text. in c. 3. Et ibi*  
*Gloss. x. de empt. Et vendit.* quoties autem reus absolvitur ob  
ineptitudinem libelli, toties actor simul in expensas condem-  
natur, in qua sententia etiā meli⁹ exprimi causam cur quis ab  
expensis absolvatur, alias sententia si nulla ratio tanquā errore  
juris laborans, vix subsistit, nec sufficit tunc clausulam eidē in-  
sertā esse, bonis motus respectibus. Sed an idem in sententia 125  
absolutionis ab instantia iudicii: affirmativam quoque tenent  
*Dd. arg. Novell. 82. c. 10. l. properandum. §. illo. 9. C. de iudic.*  
*ibi hoc ipsum in sua sententia manifestante iudice, arg. l. Babius*  
*30. ff. de pact. dotal. pro concilianda contraria opinione, di-*  
*sting. utrum ex actis appareat causa, vel non; priori casu,*  
*non opus esse expressione causæ, Specul. de sent. Et quæ eam*  
*sequant. §. qualiter, 5. vers. ceterum 13.* An verò absolutio  
ab observatione & instantia iudicii criminalis, & in quibus ab  
observatione iudicii civilis differat, de eo videri poterit *Scac-*  
*cia de iudic. lib. 1. c. 94. n. 3.* quod si verò crimen non probatum  
fuerit & iudici constet de innocentia rei definitive, si verò  
non constet ab observatione iudicii, per interloquutoriam  
absolvi debere, probare conatur *Scaccia de iudic. d. l. 1. c. 95. n. 1.*

C 3

Reus



Reus Insuper qui petit ab instantia defuncti absolvi audiendus non est. *ut videre est in Decis. Rot. caus. 6. dub. 21. & caus. 18. dub. 38.* Et hæc de modo absolutionis dicta sufficiant.

CAP. III.  
DE EFFECTU ABSOLUTIONIS.

SUMMARIÀ

- |                                                                              |                                                                                  |
|------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Reg absolutus utrobique se tueri potest exceptione rei judicata.          | 10. Effectus absolutionis à juramento ad effectum agendi.                        |
| 2. Accusatus de certo Crimine amplius accusari nequit.                       | 11. An qui ita absolutus etiam vigore absolutionis contractum possit rescindere? |
| 3. Limitatur precedens assertio.                                             | 12. Absolutio in causa Civili an prejudicet in Criminali?                        |
| 4. Nec à Principe ut & qui à genere absoluti sunt, amplius accusari possunt. | 13. Absolutio in petitorio an pariat exceptionem rei judicata in possessorio.    |
| 5. Secus in foro poli.                                                       | 14. Absolutio lata pro uno reorum prodest etiam alteri.                          |
| 6. Absolutio rei prodest accusanti.                                          | 15. Effectus absolutionis ab observatione judicii.                               |
| 7. A vulnere absolutus de morte accusari nequit.                             |                                                                                  |
| 8. Absolutus Privato judicio publico non accusabitur.                        |                                                                                  |
| 9. Absolutionis à juramento effectus.                                        |                                                                                  |

**A**bsolutionis Effectus generalis, ex verbis Definitionis patet, adeo, ut satis exinde cognoscatur, esse Absolutionem partem finis iudicii, quæ oppositam sibi habet alteram partem, condemnationem scil. utraque finem litibus imponit, altera pro reo, contra accusatorem, altera pro hoc contra reum: quod enim condemnatio poena soluta efficit, id operatur absolutio. Rei partes utpote favorabiliores in jure hac ratione tenemus, de quibus regula, generalis in l. 7. §. 2. ff. de accusat. & inscript. quod absolutus amplius molestari non debeat, quæ ipsa tamen cum non paucas habeat exceptiones, ordine



ordine easdem persequemur. Prima itaque Quæstio erit, an 1.  
Reus semel absolutus, utrobique se tueri possit exceptione  
rei judicatæ? Quod affirmat *Zanger de Except. p. 3. c. 17. n. 5.*  
positis tamen hisce tribus requisitis: 1. ut eadem res peratur,  
2. ut petatur ex eadem causa, 3. ut eadem sit quæstio inter e-  
asdem personas: *Revard. de præjud. c. 6. lib. 2.* Diversæ enim  
rei petitioni non obstat exceptio, *l. 17. ff. de Except. & præjud.*  
*unde etiam illud est quod habet Bartol. ad l. 16. d. t.* Absoluto-  
riam latam in unoparere exceptionem Rei jud. in altero iudi-  
cio, secus verò est si quis dolo suo absolutus sit, hic non qui-  
dem de dolo, sed prima actione conveniri debet, quod si ta-  
men except. rei jud. se tueri velit, de dolo replicabitur, *l. 25. ff.*  
*de dol. mal. l. 35. ff. de pact.* Sed an idem quoque si quis absolu- 2.  
tus fuerit à Delicto? Quod affirm. Absolutus enim de certo  
crimine amplius accusari nequit. *l. 6. C. de accusat. Clarus §.*  
*f. quest. 57. n. 1. Farinac. quest. Crim. 1. n. 51. & quest. 4. n. 1. Scac-*  
*cia de jud. lib. 1. c. 95. n. 2. verbis sed hic insurgit.* nam & Divi-  
na Clementia, peccata dimissa ulterius in ultionem venire  
non patitur. *Decian. pr. crim. lib. 3. cap. 30. n. 1. 2. 3.* qui adeo  
extendit absolutionis virtutem, ut nec à primo accusatore,  
nec ab alio ejusdem delicti nomine, in iudicium revocari pos-  
sit, ob rationem priorem. Nec referre putat etiam si quis  
absolutus fuerit, per viam exceptionis, dummodo exceptio  
ad eundem quo accusatio tendat finem. *& in Consil. 56. vol. 1.*  
cum civiliter nec pro damnis nec pro expensis convenien-  
dum esse, habet: Ratio verò asserti nostri est, quia de eius-  
dem hominis admissio iura sæpius quæri nolunt. *l. 6. §. f. ff.*  
*naut. Caup. Stab.* Absolutoria enim transit in iudicatum, cu-  
jus tanta vis, ut veritati æquiparetur. *l. 207. ff. d. R. I.* Unde et-  
iam exceptio iudicati litis ingressum impedit, & semper pro  
absolutoria præsumitur, quamvis contra absolutum nova e-  
mergant indicia *Bald. vol. 5. cons. 89.* Quæ ipsa assertio exten-  
ditur ut semel absolutus, neque de se, neque de com-  
plicitibus



3. plicibus ut testis interrogari possit, allegaret enim sic propriam turpitudinem; quod procedit, si per viam denunciationis processum sit *Clarus, §. f. quæst. 57. n. 8.* Habet tamen regula hæc suas limitationes, ut pote, si quis [1.] ab instantia absolutus sit. *Decianus, d. l. n. 27.* [2.] si de crimine transfegerit. (3.) si absolutus de crimine sibi obiecto per viam exceptionis, tale crimen enim non punitur, pœna naturali delicti, *c. i. x. de Except. c. 2. §. f. x. de ordin. cognit.* nisi pœna ordinaria fuisset imponenda, ut puta si obiiceret crimen contingens causam de qua agitur, e. g. quando maritus accusat mulierem de adulterio, & ipsa excipiat, quod vir leno fuerit, qui eandem adulterandam tradidit, sic per viam exceptionis hoc delictum puniri potest. *l. 2. §. 5. ff. ad L. jul. de Adult. Decian. pr. crim. lib. 3. c. 30. n. 3.* (4) si quis absolutus per viam denunciationis. (5) in foro pœnitentiæ non publicæ. (6) si de crimine civiliter actum, modo pœna utrobique non tendat ad vindictam. [7.] si absolutus ob defectum probationis. (8) si qualitas non fuerit probata, (9.) si causa sit mixti fori, & absolutus in foro Ecclesiastico, e. g. in sacrilegio, hic poterit de eodem crimine accusari coram iudice seculari, & ab eo puniri, *Menoch. arbitr. jud. quæst. 539. n. 39.* Jurisdictio enim Ecclesiastica & Secularis sunt penitus separatae & distinctae, adeoque absolutoria lata in uno foro non parit exceptionem rei iudicatae in altero. [10.] Si offensus remittat iniuriam in foro conscientiae tantum. Quod si verò ab indulgentia Principis, aut alterius qui crimen remittere potest, quis absolutus sit, ita amplius accusari nequit: uti nec is qui absolutus una lege à debito tanquam genere quod punitur, pluribus Legibus, virtute alterius legis non potest accusari tanquam de specie, quia, cum genus sub se contineat omnes suas species, absolutus à genere censetur, etiam absolutus à suis speciebus. Absolutus itaque ab homicidio non poterit amplius accusari parricidii. Secus verò est si ex uno facto plura oriuntur de-



tur delicta, tanquam diversa, ut genus & species, tunc si quis absolutus fuerit ab uno, poterit accusari de alio, nisi propterea absolutus, quod innocens, vel quod nihil deliquit, *Decianus pr. crim. lib. 3. cap. 30. n. 16.* ubi seq. n. tradit. Nec eum qui poena pecuniaria absolutus fuit, posse amplius accusari, ut corporali puniatur quam meruerat, pro iudice enim & iudicio praesumitur, quod ex justa causa hoc fecerit, quod verum est in sententia quae expectat declarationem hominis, secus in eo quod ipso iure venit. *l. 13. §. 7. ff. de his qui not. infam.* & si iudex erraverit, fisco beneficium restitutionis in publicis poenis non datur, *l. 37. pr. ff. de minorib.* De his omnibus videri possunt. *Decian. pr. crim. lib. 3. c. 30. Covarr. l. 2. Var. Resol. Tom. 2. cap. 10. Cardinal. Tusch conclus. 53.* Utut verò quis absolutus sit in foro soli, adeo ut ab omni poena evadat liber, sive id fiat ob inopiam probationis, sive ex alia aliqua causa, si innocentia absolutioni causam non dederit, in foro poli obligatus semper manet. Lex enim humana dum falsa nititur probatione, neque dat neque adimi ius in foro animæ, quia ita coram Deo læsam habet conscientiam, Deus enim plus ad effectum respicit quam ad actum, & Deus cor interrogat non manum. *Can. 6. Caus. 14. quest. 5. Scaccia de Commerciis §. 1. quest. 1. n. 530. & quest. 7. p. 2. ampl. 19. n. 48. 85. & 87.* An verò absolutio accusati profit accusanti, ne possit ut calumniator condemnari, Affirm: *Bald. in. l. 1. C. de Calumn. si 1. in absolutoria iudex usus sit verbis accusantem excusantibus. 2. si reus non adiecta causa simpliciter tantum absolutus sit, ubi verò eatenus tantum prodest, ut iudex accusantem ex officio non possit calumniæ nomine condemnare, quod si verbis usus sit criminosis, [ ut si dixerit, quia accusator calumniatus est ] vel reservatoriis in totum non prodest, ut id. tradit. Sic prodest quoque absolutio lata in causa inquisitionis Reo, dum accusationi præiudicat, est enim inquisitio loco accusationis, *Clar. 5. sent. §. f. quest. 57. n. 7. Farinac. quest. Crim. 4. n. 3. &**

D

Specul.





7. *Specul. de inquisit. §. 4. vers. ultimo queritur. 8. & seq.* Absolutus etiam secundum formam Statuti de vulnere ob pacem secutam, postmodum superveniente vulnerati morte, de homicidio denuò accusari nequit, quanquam etiam qualitates hæ quod vulnus læthale vel mortiferum sit, vel quod vulneraverit animo occidendi, additæ fuerint, quia satis est quod in prima accusatione deducta fuerit mors etiam incidenter; secus verò est, si in accusatione de vulnere, nulla mortis mentio facta fuisset, tunc enim non poterit ab eodem accusari, benè tamen à tertio, *Decian. pr. Crim. lib. 3. c. 30. n. 18. & 19.*
8. Absolutus autem privato, iudicio publico non accusabitur, *l. 7. §. 1. ff. de injur.* præsertim si civiliter actum sit & absolutus, quia crimen non commisit; quæ intelligenda sunt, quando idem qui egit civiliter, nunc vellet accusare criminaliter, tertius enim potest accusare, *Decian. d. l. n. 13. 14.* Quod si verò quis absolutus sit, qui juravit, nec is potest amplius accusari, dummodo sententia propter juramentum secuta sit. Si enim absolutio per sententiam & rem judicatam, hunc effectum operatur, ut non possit amplius accusari, multò magis absolutio per juramentum, hoc operabitur. Cum juramentum majorem ferre auctoritatem habeat, quam res judicata *l. 2. ff. de jurejur.* De absoluteione à juramento notandum, si obtenta sit postquam rescriptum jam impetratum fuit, nihil operatur, quia ibi statim atque rescriptum obtentum fuit, perjurium patratum est, ast per juro legis auxilium, quod jam offendit, jure negatur, *arg. l. 37. ff. de minor. & c. 14. x. de usur.* nec peti potest à debitore post terminum solvendi elapsum, & si petita fuerit, ut dictum nihil prodest, quia post perjurium incursum concessa absolutio nihil relevat, *Felin. in cap. 1. n. 28. x. de jurejur.* quod tamen limitari volunt, 1. si absoluteionem petens, non perseveret in peccato, 2. Si iudex juranti præcepit ne intra terminum solvat, 3. Si perjurium incursum absque dolo jurantis, 4. Si per errorem juratum, 5. si ex justa causa iuramentum non



non servetur. 6. si læsio ultra dimidium intervenerit, confer  
*Mænoch. vol. 1. consil. 108. n. 9.* Absolutionem à juramento <sup>10.</sup>  
ad effectum agendi quod attinet, quæritur, an iudex qui ab-  
solutionem concessit possit etiam esse iudex in causa princi-  
pali? Quod ipsum affirmat *Cranius ad Constit. Relig. p. 1. in  
fin. probl. 7. p. 86.* quia iudex causæ præparantis potest etiam  
iudex causæ præparatæ esse, & deinceps hic subest connexitas  
quædam causarum. E contrario negat *Fachin. lib. 8. Controv.  
cap. 62. per l. 1 C. ad Exhib. ubi dicitur, Præses Provincia eam  
exhiberi iubebit, ut apud iudicem de rei veritate queratur.* ex  
quibus verbis patet, non esse eundem iudicem in actione ad  
exhibendum, & in rei vindicatione, cum tamen illa huius præ-  
paratoria esse dicatur *in l. 3. §. 3. ff. ad exhib.* Et quod per notif-  
simam regulam, actor sequatur forum rei, ad rationes priores  
negativè ibidem respondet, ut ex ipsius rationibus patet, ad-  
di potest, *cap. 78. lib. 11. controvers. ejusd.* Sed an Absolutus <sup>11.</sup>  
ad effectum agendi, absolutus quoque sit ad effectum rescin-  
dendi contractum, affirm. hoc *Afflict. decis. 322. n. 11. Covarr.  
var. resol. lib. 1. Tom. 2. c. 4. n. 6.* & sic in Camera decisum testatur  
*Mynsing. cent. 2. obs. 57.* contrariam tamen ut tutissimam com-  
mendant multi, ut videre est apud *Felin. in cap. 1. x. de jurejur.  
Viv. comm. opin. 2. n. 10.* Quo loco etiam Mynsing. tradit, ab-  
solutionem à juramento semel factam sufficere ad totam cau-  
sam, quia ubi semel per relaxationem iuramenti fuit data li-  
gentia ad agendum, videtur etiam data ad impugnandum  
contractum: Unde etiam concludit, absolutum ut possit do-  
cere de iniquitate contractus, ob quam mereatur absoluti-  
onem, si postea iniquitatem ostendat, ulteriori absolutione  
non indigere, & ita in Camera pronunciatum refert. De <sup>12.</sup>  
absolutione in causa Civili quæritur, an & quando præjudicet  
in causa criminali? circa quam quæstionem distinguit *Bar-  
tol. ad l. sed si 17. §. Idem julinus. 19. ff. de injur. n. 5.* Ita ut senten-  
tia lege lata sit super facto aut super iure. Priori casu, si ita  
absolutus



absolutus sit reus, puta quod pronuncietur eum crimen non commisisse, semper exceptionem rei iudicatæ ob stare. Posteriore quod nihil probatum sit finito iudicio civili, criminale non denegari, quam distinctionem *Abbas ad cap. de his 6. x. de accusat. n. 6.* tum demum admittit, si Civilis actio ad rem familiarem, criminalis autem ad vindictam non verò si utraque ad vindictam tendat. An absolutio in petitorio etiam pariat exceptionem rei iudicatæ in possessorio & distinguendum putamus an possessorium simul contineat causam proprietatis, & sic indistinctè exceptio erit: Si verò eandem non contineat, videndum erit, an agatur interdicto recuperandæ possessionis, & non obstabit, an verò retinendæ, & sic res iudicata in petitorio etiam non obstabit, in possessorio, modo de iusta causa possidendi constet. An verò adipiscendæ, & etiam non nocebit exceptio si quidem absolutio ex parte actoris facta sit ob defectum probationis. Quod si verò reus simul Dominus declaratus sit, parit absolutio exceptionem rei iudicatæ. E contrario verò absolutio in possessorio semper parit exceptionem in petitorio, si possessorium contineat causam Domini. Cum *Bartol. ad l. naturaliter. 12. §. nihil commune. 1. ff. de acquir. possess.* Quod si verò absolutoria lata sit, pro uno reorum prodest etiam alteri, partes enim rei favorabiliores sunt. Interdum tamen non omnibus prodest, sed potius nocet, ut pote in obligatione generis seu alternativa, ibi enim uno ex hæredibus promissoris absoluto, reliqui non liberantur, sed solus absolutus pro sua parte, reliqui pro suis partibus in obligatione & solutione remanent. *per l. Stipulationum 2. §. 3. ff. d. V. O. ubi Bald. & Jason. n. 5.* Alias si sententia lata est, pro uno ex correis aut absolutus est, quia solvit & prodest sententia quoque alteri, si vero absolutus quia non promisit, non prodest, si dubitetur quomodo sit pronunciatum, præsumitur ex causa solutionis fuisse. *Ronchegallus ad l. ex duobus. 7. ff. de duobus reis constit.*



lit. n. 24. 25. & seqq. Sic etiam absolutio lata pro uno ex mandatoribus, aliis non prodest, *l. amissi ruina* §. 2. ff. de fidejuss. De absoluteione ab observatione iudicii, notandum, 15. quod per eam causa non terminetur, tota scil. Instantia enim omnino terminatur, *Scaccia de jud. lib. 2. c. 2. n. 714.* nec parit exceptionem rei iudicatæ, quamvis absolutoria lata sit super libello inepto, vel actione non aptè proposita. *Bald. in l. nisi. 4. ff. de tutel. & rat. dist.* ubi tamen dist. an absolutè definitivè absolutus sit, puta quod delictū non commiserit, an vero per interlocutoriam tantum, quia libellus ineptus vel ob defectum probationis, ut priori casu conveniri amplius non, posteriori verò omnino possit. *Clarus §. f. quest. 57. Scacc. lib. 4. de judic. c. 95. n. 3.* imò absolutus propterea quia iudicio criminaliter instituto nihil probatum fuit, non minus habebit exceptionem rei iudicatæ, ac si sententia lata esset circa jus, *Jason in repet. l. admonendi 31. col. Ult. ff. de jurejur.* Nec facit hæc ipsa absolutio actorem succumbere in causa, non enim potest dici causam perdidisse, qui eandem iterato movere potest *l. & post. 73. §. 2. ff. de judic.* nec poterit interlocutori parere exceptionem rei iudicatæ, cum iudicium aliud adhuc speretur, sed facit rem litigiosam & actionem perpetuam ob litis contestationem, sartam atque salvam reservat jurisdictionem iudicis absolventis ab instantia, quod probatur per *Cap. consuluit 24. x. de offic. & pot. jud. deleg. Specul. de contumacia. §. 2. vers. fin.* Quod si verò quis absolutus sit ab observatione iudicii, quia solvit, de dolo tenetur, ratione ejus quod deterioratum fuit. *l. si oleum, §. 4. ff. de dolo & ibi Bart.* Et hæc de effectu Absolutionis Secularis. Cessante verò causa absoluteionis, cessat etiam effectus eius, *l. si mater. ii. §. eandem. 4. ff. de except. Rei. judic. Tiraquell. in Tract. cessante causâ cessat etiam effectus part.*

I. n. 20.

D 3

MEM-



## MEMBRI II.

### CAP. I.

#### DE POTESTATE ABSOLVENDI.

##### SUMMARIA.

1. Absolutio Ecclesiastica describitur.
2. Quid sit Excommunicatio,
3. Quotuplex ea.
4. Pena Excommunicationis Divina est.
5. Quis inter Protestantes excommunicare possit.
6. Quis apud eosdem ab eadem absolvere.
7. Quid de hisce inter Pontificios.
8. De generali absolutione à quibusvis peccatis.

I. **D**E Absolutione Seculari in priori membro actum, sequitur nunc ut de Ecclesiastica quoque agamus. Quam Dd. juris Canon. in genere ita describunt, quod sit Dissolutio vinculi peccati, quo quis detinetur, quod fit post satisfactionem, cum peccator mundatus Ecclesie reconciliatur, addit à quadam pœnitentia. Ut videre est apud Tholos. Partit. jur. Canon. lib. 1. tit. 10. c. 8. per Clem. 1. de sepult. & Can. qui egerit cum seqq. dist. 7. in qua ipsa descriptione respexisse magis videntur ad specialem illam absolutionem, quæ fit ab excommunicatione, quam ad illam quæ in foro pœnitentia, præmissa confessione peccatorum cum verâ contritione cordis respiscere, & pœnitentiam agere volentis unicuique peccatori à Sacerdote fieri potest. Id quod extraditis Tholos. in Syntagm. jur. Civ. lib. 2. cap. 9. n. 14. satis patescit, ubi ita: hanc scilicet absolutionem, non omnis facit sacerdos de omnibus peccatis, sed in casibus sibi permisis, nec per Canones alios reservatis. Nam quedam excommunicationes ad forum pœnitentiale pertinent; quedam ad iudiciale & ad Episcopum, ut iniectio manuum in personas Ecclesiasticas, transgressio statutorum Synodaliū & Simi-



*similia.* Unde generalem illam regulam constituit, poenitentem absolvi posse ab eo qui potestatem absolvendi habet. Quæ ipsa tamen regula generalior est, adeo ut includat etiam specialem illam quæ respectu excommunicationis traditur. Absolvere nempe ab excommunicatione regulariter quis potest, qui & ligare. *Can. si Petrus. 17. caus. 24. quest. 1.* Ut autem potestatem absolvendi ab excommunicatione eo melius percipiamus, brevibus quid ipsa excommunicatio sit notabimus, *Definitur autem autore Celeb. Hülsemanno p. m. in tract. de correptione fraterna. §. 18. n. 131. p. 237. per Censuram Ecclesiasticam, per quam cujusvis particularis ecclesie membrum ob scandalosum crimen in vita, aut falsam scandalosam professionem in fide suspenditur, vel etiam plane excluditur à communionem, tum internam gratiæ Spirituales, tum externa verbi Sacramentorum, nec non conversationis fraternæ, quæ Christianis tanquam fratribus etiam extra Coetus sacros intercedit. Quæ definitio quomodo limam sustineat litem jam non facio meam, aliàs compendiosius ab aliis effertur: quod sit actus quo prævio legitimo processu quis ob crimen vel scandalum grave à communionem Christianam aut usu Sacramentorum ab eo qui ejus potestatem habet suspenditur vel plane removetur. Et dividitur vulgò in Majorem & minorem: quibus addere solent interdium, quo Ministris Ecclesie interdicitur in certa republ. vel ejus parte Sacra administrare *arg. c. Si sentent. §. c. 15. qui de sentent. excomm. in 6to.* Major est separatio non tantum à communionem fidelium extrinseca, sed & Sacramentorum ac communi suffragiorum Ecclesie participatione. Minor verò est separatio à Sacramentorum Ecclesie perceptione. *Covarr. var. resol. tom. 1. c. 3. fol. 152. n. 34. in art. Schmalcald. part. 3. artic. 9.* Major vocatur poena Civis, non pertinens ad Ministros Ecclesie, tanquam judices ordinarios, *Baldwinus de Casib. Conscient. lib. 4. cap. 9. de Conscient. Circa usum Clavium, Ecclesie cas. 9. Reinking.**

de



*de R. S. & E. lib. 3. class. 2. cap. 2. n. 19, 20. & seqq.* Minor ve-  
rò qua homini flagitioso & impoenitenti privatim vel in  
templo vel in domo indicatur, indignum eum iudicari,  
qui Sacris Ecclesiæ utatur, donec peccatum agnoscat & resi-  
piscat. ad eò ut Major sit quando ex publico loco nominatur is  
qui pœna ista seveviore dignus censetur annunciata ipsi ira-  
ac pœna Dei in nomine Christi, & Ecclesiæ significatur eum  
satanæ traditum & ut membrum putridum ab Ecclesia & pi-  
orum conversatione abscissum, donec resipiscat. Aliam  
divisionem suppeditant Canonistæ, quod scil. Excommuni-  
catio alia fiat à iure, alia ab homine, illa quæ infligitur ab ipso  
jure Pontificio, seu Canone, vel Synodo tam generali quam  
particulari; quam exinde perpetuam etiam esse volunt,  
*Can. Nemo. 41. caus. 11. quest. 3.* Hæc quæ per mandatum aut  
sententiam hominis infertur. *Vallens. ad Decretal. lib. 5. tit.*  
*39. §. 2. n. 2. Add. Tholos. Synt. jur.; Civ. lib. 31. cap. 9. n. 5. & Co-*  
*varr. var. resol. tom. 1. fol. 174. c. 2. n. 2.* Cui & hanc addunt,  
quod alia sit iusta, alia iniusta. Prior, quam fert ille, qui po-  
test legitimo modo. Posterior, quæ illegitimè ab eo qui non  
potest, non eo quo debebat modo lata est. Hæc rursus vel  
valida, quam fert iudex legitimus in eum qui meretur vel  
invalida quæ irrita & hoc modo nulla est. *Vallens. d. l. n. 7.* Ali-  
ter quomodo dividatur, *vid. ap. Tholos. Synt. jur. 60. lib. 31.*  
*cap. 7. n. 3. & seqq.* Hæc ipsa itaque pœna excommunicati-  
onis, prout Divina, ut nemo in dubium vocabit, cum Salva-  
tor noster expresse eandem iubeat *Matth. 18. vers. 15. & c.* &  
postmodum usurpata ab Ecclesiastica disciplina, ut ex hoc  
magis eadem timeatur, communionis periculum evitetur, &  
contumaciæ vitium reprimatur, *Meyer in coll. Argent. Tom. 3.*  
*ad lib. 44. tit. 1. th, 116.* Prout etiam S. Apostoli hoc ipsum  
jus exercuere, *ut videre est ex 1. ad Corinth. 1. v. 3. 4. 5.* Sic et-  
iam Paulus Hymeneum & Alexandrum excommunicavit,  
*1. ad Timoth. 1. v. fin.* eodem itaque modo Absolutio, quoq;  
Divini



Divini juris erit : ipse enim Deus T. O. M. ut principalis cau-  
sa excommunicationis, eandem constituit etiam in Absolu-  
tione, penes eum enim summa ut Majestas, & inviolabilis, ita  
quoque absolutionis potestas. Divinam Majestatem sequi-  
tur Ecclesia, & inter Protestantes simul principes & Imperij  
Status. Non enim absolutio hæc unius alicuius Ministri Eccle-  
siæ est, sed positis requisitis legitimis cum consensu totius Ec-  
clesiæ melius fit, ita etiam Paulus I. Corinth. 5. v. 4. *Vobis, in-*  
*quit cum meo spiritu congregatis in nomine Domini Jesu Christi,*  
*eiusmodi homo Satana tradatur* Matth. 18. Itaque non tantum  
ad Ministerium, sed etiam ad Populum & potestatem Secu-  
larem hæc excommunicatio pertinet, ad Ministerium vero  
pertinet respectu potestatis clavium, quo neglecto, propte-  
rea fieri nequit : ad Magistratum verò Secularem, quia ex-  
communicatio disciplinam fori exterioris respicit, quamvis  
ordinis potestatem non habeat, *Covarr. var. resol. tom. 1. fol.*  
*179. c. 4. §. 11. n. 1.* adeò ut eandem non jurisdictionis tantum *ut ha-*  
*bet Covarr.* sed etiam meri Imperii esse velint, quod tamen  
procedere vult, si cum confiscatione bonorum conjuncta  
sit *Reinking de R. S. & E. lib. 3. class. 2. cap. 2. n. 30.* Unde etiam  
vocatur hæc potestas, Gladius Ecclesiasticus, *Id. lib. 2. class. 2.*  
*cap. 17. n. 24.* Ex quibus sequitur, sine Consensu Principis  
aut penes quem Majestas est, excommunicationem fieri non  
posse, in terris statuum Evangelicorum post suspensam in-  
isdem Idictionem Pontificis, ubi sine cognitione, & decre-  
to imò prævio legitimo processu fieri nec potest nec debet,  
*id quod ulterius deductum à Reinking. & probat Sereniss. Ele-*  
*ctor. Brandenb. Visitation und Consistorial-Ordnung Tit. 10.*  
*von den Pfarherren auch ihren amte Lehr und Leben. §. mit an-*  
*geheffer/ ibi: sollen die Pfarherren dieselben selbst davon nicht*  
*halten oder ausschliessen/ sondern solches zum überflus / an un-*  
*ser Consistorium gelangen/ &c.* Ex hisce omnibus itaque sequi-  
tur ejus etiam absolutionem esse, cujus est condemnatio, pro-  
E ut enim



ut enim non potest excommunicari quis, sine consensu potestatis secularis ita nec ab uno sacerdote aut ministerio quodam, sed à Principe & certò respectu tota Ecclesia rursus ab excommunicatione absolvi debet: juxta verba Domini nostri Jesu Christi, *Matth. 18. v. 18.* Quicquid in terris ligaveritis, in cœlis etiam ligatum erit, & quicquid solveritis, solutum erit: cujus clavis ligantis & absolventis administratio penes verbi Divini ministros est, exercitium tamen, nihilominus ad totam Ecclesiam pertinet. *Dn. Carpz. in jurispr. Con- sist. lib. 2. tit. 18. defin. 284. n. 8. 9.* Longè aliter Pontificio jure statutum, ubi nequisquam alius, quam qui jurisdictionem Ecclesiasticam habet, excommunicare, & consequenter ab eadem absolvere valet; qualis in primis est summus Pontifex, universalis Ecclesiæ pastor, Episcopi, Abbates & Præpositi Ecclesiarum, ut & Delegati, quibus potestas hæc à Summo Pontifice aut aliis concessa. *Covarr. var. resol. tom. 1. fol. 179. §. II. c. 4. n. 1. 2. & c. Vallens. ad Decretat. lib. 5. tit. 19. §. 5.* Quamvis secus sit in Excommunicatione minori à qua quilibet Sacerdos approbatus absolvere posse perhibetur *Cap. 29. x. de sent. Excomm. Vallens. d. 4. §. 7.* Nec potest inferior quis excommunicatum à Papa absolvere, modo etiam ab eodem tantum confirmata sit excommunicatio. Siquidem sententia lata sit ab homine, non in fraudem statuti, per confirmationem assequitur vires ac si lata fuisset à confirmante, *c. 22. x. de præbend. in 6. & si à canone lata sit excommunicatio nullus inferior prælatus extra Episcopum, nisi in casibus à jure expressis absolvit Clem. 1. de Privileg. in quibus verò casibus reservatum Papæ sit, ut pote si (1) excommunicatio facta ob manus injectionem personæ religiosæ factam, *c. si quis svadente 19. caus. 17. quest. 4. Manocb arbit. jud. quest. 54. n. 43.* (2) in crimine effractionis templi. (3) in crimine falsi, si quis falsavit literas sedis Apostolicæ. (4) si quis communicat cum excommunicato. (5) in incendiariis. in primo casu*



casu etiam legatus ipfius à latere absolvere potest etiam in ca-  
 fu Epifcopo non permiffo, *ut not. Abb. in cap. ea nofcitur 3. & in cap. ad eminentiam 20. de Sent. excommunic. & quæ speci-*  
*aliora circa potestatem hanc in terris Pontificiorum tradunt*  
*Dd. ad tit. de Sententia Excommunicationis.* Hic fufficiat gene-  
 raliora explicaffe. Quod verò attinet generalem illam ab-  
 folutionem à peccatis, qua peccatori confitenti, & refipifce-  
 re cordicitus volenti fua remittuntur peccata, potest illa à  
 quocunque Miniftro Ecclefie ritè ordinato fieri, vigore po-  
 testatis Clavium fibi concessæ ab ipfo salvatore. *Matth. 18. v.*  
*18. Job. 20. v. 23.* ita quidem ut nullum excipiatur pecca-  
 tum, cujus ipse remittendi & ab eodem absolvendi non ple-  
 niffimam habeat potestatem, & hoc quidem in foro animæ,  
 fe ipsum verò uti regula quoque est in fecularibus absolvere  
 nequit, non enim dicit Christus, ut vobis remiseritis pec-  
 cata, sed quibuscunque remiseritis peccata. *Baldwin. in ca-*  
*sib. conscient. lib. 4. cap. 9. cas. 8. Dn. Carpz. lib. 2. jurispr. Consist.*  
*tit. 18. definit. 293. n. 16.* Imo etiam si accedat ad absolvendum  
 pœnitentem morbi proximum, qui tamen nullum signum  
 peccati aut doloris præbere, nec confiteri eadem ore & ani-  
 mum pœnitentem ostendere queat, contentus erit externis  
 signis & relatione aliorum ac in præfentia absolvere, cujus  
 pœnitentiam tamen præfens non audivit, *Can. 7. & seq. caus.*  
*26. quæst. 6. Dn. Carpz. d. l. def. 278. n. 12. 13. & seq.* Et tan-  
 tum de potestate absolvendi, in Ecclesia.

CAP. II.

DE MODO ADSOLVENDI.

SUMMARIA

- |                                 |   |                                    |
|---------------------------------|---|------------------------------------|
| 1. De Preliminaribus Excommuni- | } | 3. Idem obtinet in Absolutione ab  |
| cationis                        |   | eadem. (quitus.                    |
| 2. De ipsa executione ejusdem.  | } | 4. Quanam bujus solennitates anti- |
|                                 |   | E 2                                |





- |                                                                           |                                                                                              |
|---------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------|
| 5. <i>Quanam hodie</i>                                                    | 11. <i>De forma Absolutionis generalis qua in solo foro penitentiali fit.</i>                |
| 6. <i>Qua de jure Saxonico</i>                                            | 12. <i>De impositione manuum.</i>                                                            |
| 7. <i>Qua de Pontificio.</i>                                              | 13. <i>De signo Crucis.</i>                                                                  |
| 8. <i>De deprecatione Publica vulgò Kirchenbusse.</i>                     | 14. <i>De Absolutione &amp; hanc precedente confessione auriculari &amp; quando ceperit.</i> |
| 9. <i>Hujus ritus &amp; solemnitas.</i>                                   | 15. <i>De ejus utilitate.</i>                                                                |
| 10. <i>Non valet ubi nondum fuit anse hac sine auctoritate Principis.</i> |                                                                                              |

a. **Q**uemadmodum verò Excommunicatio sine certa forma sibi præscripta valida non est, utpote si trina admonitio non præcesserit, quæ ipsa tamen fieri debet sine nomine rei & delicti specialis, quamvis in genere de delictis admonitio, quæ contineat minas sequentis iræ Divinæ, præmitti possit. Si postmodum non velit humiliari exprimat personam rei cū scelere commisso, adhuc tamen sine sententia excommunicationis, in hunc finem ut Ecclesiam ad omnem lapidem movendum adhortetur, ne reus patiatur gladium excommunicationis in se stringi. Cui insuper privata admonitio demum addi potest, & solius ministri Ecclesiæ, sive etiam totius loci alicuius Ministerii, si ita nequicquam proficiatur, res Consistorio à Magistratu Politico ad hoc constituto detegenda, ut sententia excommunicationis adversus eundem feratur: *Prout etiam in nostra Marchia Statutum in Sereniss. Elect. Brandenb. Visitation und Consistorial Ordnung. tit. 10. §. Mit angeheffter verwarnung und bedrawung / do jemand also in verachtung Göttliches worts und rohen Leben fortfahren und nicht bey zeiten zur Busse schreiten würde / das der oder dieselben zu gefatterschaffen / und andern Christlichen versamlungen und handeln nicht sollen zugelassen / vielweniger da sie stürben auff Kirchhöffe als Christen / zur Erden bestettiget / sondern ohne einige Christliche verordnete gesänge / als die unvernünfftigen Thiere anders wohin sollen begraben werden. Und do sie*



sit durch solch schrecken oder gütlich vermahnen sich auch nicht  
woltten auß den unbusfertigen Leben begeben / *Et c. ut in super.*  
*cap.* Hisce omnibus frustra susceptis, demum sententia ex- 2.  
communicationis à Consistorio aut aliis qui vices ejus su-  
stinent prævio legitimo processu lata à Ministro Ecclesiæ, si  
cui Consistorium hoc demandavit, profertur & publicè pro-  
mulgatur, putridumque ac morbidum membrum ab Eccle-  
sia rescinditur. *Matth. 18. v. 18. Job. 20. v. 23. Zepper, de Poli-*  
*tia Ecclesiastica lib. 1. cap. 21. pag. 238. Balduin. de Casib. Conscient.*  
*lib. 4. cap. 10. cas. 9.* qui insuper requirit, ut Magistratus curet,  
quo reus statuto die quo sententia promulgari debet in certo  
templi loco collocetur, ut ita Sacerdos Ecclesiæ demonstra-  
re possit, hunc esse hominem, aliquoties à notorio delicto ex-  
presso nomine & rei & delicti, monitum: &c. Ultra quæ à  
Pontificis hæ solennitates adduntur, Duodecim nimirum Sa-  
cerdotes Episcopum excommunicantem circumstantes, &  
lucernas in manibus tenentes, eas in conclusione anathema-  
tis vel excommunicationis in terram projicere, & pedibus  
conculcare tenentur, deinde Epistola per Parochias mittitur  
continens excommunicationis causam, & excommunicati-  
nomen. *can. 106. caus. 11. quest. 3. Gaik. de Pac. Publ. lib. 2. cap. 6.*  
*n. 21.* Pari etiam modo sese res habet cum absolute ab ex- 3.  
communicatione, ubi quidem formam à jure præscriptam,  
ita strictè servari opus non est, ita nimirum ut absolutio pro-  
pterea nulla sit, præsertim si solennitates circa verba sint, ibi  
enim quilibet sensum tantum exprimere necesse habet ver-  
bis sibi ad hoc aptè accomodari posse visis, cum alias etiam  
forma à jure præscripta tum servari debeat, cum commode  
possit. *Covarruv. var. resol. tom. 1. fol. 129. c. 3. n. 7.* Et meritò  
absolutio excommunicationem sequitur, cum finis excom-  
municationis sit non interitus, sed conversio peccatoris,  
quam ipsam quoque S. Paulus suadet 2. *ad Corinth. 2. v. 6. 7. 10.*  
Antiquitus vero quinque gradus absolutionis huius in Syno- 4.  
do An-



do Antiochena Statuuntur! : in 1. cogebantur vestibus nigris extra portas templi stare per aliquot dies , & introeuntes petere , ut pro se orarent. in 2. intra limina templi intromissi post catechumenos stabant , in certo loco , ut auscultationi verbi interessent. in 3. in conspectum Ecclesiæ pœnitentes ducebantur. in 4. stabant iam cum fidelibus. in 5. una cum aliis ad sacram Cœnam admittebantur. *Balduin in casib. Conscient. lib. 4. c. 10. cas. 11.* Hodiè laxior in eo esse videtur disciplina Ecclesiastica , & aliter aliquo modo ubi occurrit , in absolutione hac proceditur. Ante omnia enim cum manifesta sit pœnitentia , Excommunicatus denuò de perpetrato peccato fideliter admoneatur , demonstrato insuper eidem omnimalo quod futurum fuisset , nisi pœnitentiam egisset , & adhuc fututum , si hæc ipsa seria non sit. Vocatus deinceps ad Ministerium ingenuè ibi delictum fateatur , se juste punitum agnoscat , absolutionem submisse petat , propositum emendandæ vitam ut & publicam deprecationem promittat. Post hæc Excommunicatus à Pastore die Dominica in templum ducitur , ibi in peculiari loco genibus incumbere ac si publicè deprecaturus , inque ipsa concione quæ ad hunc actum apta esse debet , agens de ira Dei adversus peccatores perseverantes , & misericordia ejusdem erga pœnitentes , cōmunioni proponitur eum peccata sua privatim jam agnovisse , pœnitentiam egisse , & ea propter etiam à Consistorio decretum esse ut recipiatur , ideoque ipsum excommunicatum petere quo eum tanquam membrum sibi rursus associari velint , & Pastor insuper hortabitur in genere membra Ecclesiæ , quo secundum voluntatem : Divinam , & Decretum insuper summæ Potestatis eundem recipiant , pro eo orent , ut Deus ipsum in gratiam reassumat & delicta ejusmodi in posterum ab eo procul esse iubeat , finita Concione ad Sacram *συναξιν* prælectâ prius consueta confessionis & insequentis absolutionis formulâ cum aliis communicantibus admittitur. Denique prævia de hor-



dehortatione feria à contemptu hujus disciplinae Ecclesiasticae, datis literis testimonialibus ad suos remittitur. *Prout formam hanc praescribit Balduin, in casib. Conscient. lib. 4. cap. 10. cas. 11. & latissimè Zepper de Politia Ecclesiastica lib. 1. cap. 22. Hülfeman de Corrupt. fratern. §. 18. p. 245. n. 152. & seqq.* In 6.  
Electoreatu Saxoniae Absolutio ab excommunicatione recte & ritè facta dicitur, si [1.] adhibita sit authoritas Consistorii Electoralis; quae impetrari debet à Superintendente, istius Ecclesiae, à qua fuit excommunicatus, facta, in literis pro impetranda absolutione missis, mentione contritionis & emendationis Excommunicati. [2.] ut fiat modo à Consistorio praescripto, per Sacerdotem, commendando scilicet excommunicatum resipiscentem Ecclesiae. (3) Ut resipiscenti incumbenti genibus, vulgata formula confessionis praelegatur, & eandem mox Absolutio ipsa sequatur (4) denique his omnibus ad finem perductis, consuetae cantiones decantentur, & sic totus actus absolvitur. *Secundum Ordin. Eccles. Elect. August. Anno 580. edictam. fol. 134. & 135.* Juris Canonici formula Absolutionis ab Excommunicatione habetur in *Canon. cum aliquis 108. causa 11. quest. 3.* quae ipsa tamen hodie non eodem modo usu servatur. Sed alia utuntur quam praescribit *Vallens. ad Decretat. lib. 5. tit. 39. §. 7. n. 8.* Ego te absolvo à vinculo excommunicationis quam ob talem causam incurristi, & restituo te Sacramentis Ecclesiae ac Communioni fidelium, in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti, Amen. Addunt tamen 4. requisita ad absolutionem hanc necessaria, (1) ut Excommunicatus iuret stare mandatis Ecclesiae, (2) ob manifestam offensam ante absolutionem satisfaciat, ob occultam vero jurato caveat. (3.) Absolvatur ab eo qui excommunicavit, additis septem Psalmis Poenitentialibus, cantando cum precibus, &c. formula consuetam quam tradidimus observetur, *Tholos. Partit. jur. Can. lib. tit. 16. cap. 12.* Pars Excommunicationis est Poenitentia Ecclesiastica  
five



8. sive publica deprecatio, German. *Die Kirchenbusse* / hæc iniungitur pœnitentibus, licet excommunicati non sint, ut hoc modo Ecclesiæ cui peccato suo scandalum præbuere, reconciliari possint. Ut si adulter quis aut homicida à Magistratu pœnæ remissionem consecutus, parti læsæ etiam satisfecerit, nondum tamen Ecclesiæ ob scandalum datum reconciliatus, hic ipse antequam Ecclesiæ datum scandalum deprecatus fuerit, ad S. Cœnam non admittitur; cum non solum aliquem privatum sed totam ecclesiam scandalo suo læserit, quod ipsum tam parvi æstimandum non est, cum Christus etiam eum dignum iudicaverit ut submergeretur, qui minimum quemque offendit, *Matth. 18. v. 6.* Nec Magistratus, delinquentes puniendo animum ejusdem convertit, ut pote quod ad Ministerium spectet: tandem & approbat hunc modum *Tx: Levit. 19. v. 20. Cui addi potest quod habetur in B. Lutberi Colloq. Mensal. cap. 21. fol. 178. Weil es eine öffentliche that / als muß die versöhnung auch öffentlich seyn / sonst taugt es nicht / den es ist die ganze Kirche beleidigt. & iterum, wann die schuld offenbahr ist / so soll die versöhnung auch offenbahr sein. plurib. vid. Balduin. in Casib. Consc. lib. 2. cap. 12. cas. 3. Dn. Carpz, jurispr. Ecclesiast. lib. 3. tit. 7. defn. 82.*
9. Ritus & solennia hujus actus quod attinet, variant, in quibusdam enim locis coram Consistorio ita agitur, ut pœnitens, postquam monitus de resipiscencia & meliori vita, Consistorio quod hic repræsenterat totam Ecclesiam delictum ac scandalum datum confiteatur, id ipsum deploret ac veniam petat, quo facto statim sine ulteriori impedimento ad Sacram Cœnam admittitur. In aliis resipiscens ad avertendum scandalum per aliquot dies Dominicas ante fores templi album baculum in manibus tenens stare cogitur. *Ut videre est ex Ord. Eccles. Elect. Sax. art. general. 10. §.* Wann aber die Obrigkeit / verbis daß Er vor der Kirchenthüre mit einem weissen stabe zc. Oder dergleichen etliche Sontage nach einander stehen



stehen müsse. *Baldwin. lib. 2. cap. 12. Cas. cons. cas. 3. v. hinc factum sine dubio.* Aliquando in medio templi aut coram altari examinatur, ubi si ad certas quæstiones, *quas exhibet Dn. Carpz. in jurispr. Ecclesiast. lib. 3. tit. 7. def. 83. n. 9.* affirmativè respondeat, absolvitur, & Ecclesiæ monetur, ut ipsi condonet, & pro membro ecclesiæ eum recipiat, Aliquando etiam coram Altari in genua procumbunt, usque dum ex suggestu post generalem absolutionem factam, illorum nomine communioni deprecatus fuerit. *De quibus Decret. Synodal. Elect. Sax. de anno 1624. §.* *Wud nach dem wir/te. verbis wo aber daß abbitten von der Cangel / das knien vor den Altar / daß stehen vor der Kirchen / und dergleichen / etc.* Alibi sola tantum obtinet deprecatio Sacerdotis loco poenitentis ex suggestu & sequens usus Sacræ Coenæ. *Dn. Carpz. d. l. 12. ubi seq. n. addit,* inspiciendum hic semper esse, quid moris, & attendendum quid pro ratione temporis ac personæ tutius sit, *arg. l. 31. §. 20. ff. de Aedit. Edict. l. 3. §. f. ff. de testib. l. 1. §. f. ff. de ventr. inspic.* In loco verò ubi hæc deprecatio ante hac non obtinuit, à ministris Ecclesiæ aut Superintendente ibidē injungi nequit, nisi consensu & decreto Consistorii supremi. quoniam novos ritus Ecclesiasticos introducere iidem nequeunt, cum spectet hæc potestas inter Protestantes, ad Principes, seu Magistratus supremos, qui scil. jura Episcopalia habent. Et *Dn. Carpz. in jurispr. Eccles. lib. 3. tit. 7. def. 84. n. 3. §. 7. §. in seq. def. tradit.* Nunquam eam à pastore seu Superintendente injungi posse, sine præscitu Consistorii ejusque autoritate, Ne [1.] Ministri Ecclesiæ nimium affectibus iudulgeant, & ultra modum animadvertant. (2.) quod in Consistoriis res accuratius perpendi possit. (3.) quod pœna sit. (4.) quod indictio deprecationis publicæ ad jurisdictionem Consistoriorum pertineat. quod ipsum verò in medio relinquimus. Potest tamen hæc ipsa pœna remitti & loco ipsius pecuniaria suadentibus

F

tibus





tibus id ipsum circumstantiis substitui. Non tamen sine  
autoritate Consistoriorum, *per trad. à Dn. Carpz. d. L. def.*  
*86. & 87. ubi addit Sanct. Elect. in Decret. Synodal. de anno 1624.*  
§. Und nach dem wir vermercken &c. in fin. Ibid. Welche  
macht haben sollen / nach befindung der verbrechung und bes  
schaffenheit der sachen / entweder eine solche Kirchenbusse / oder  
an derselben stadt eine geldstraffe in das Gotteshaus zuverord-  
11. nen. Absolutionem illam generalem quod attinet, formu-  
lam ejus universalem tradit *Tholos. Synt. Jur. Civ. lib. 2. c. 8. n. 15.*  
*Ego te absolvo à peccatis tuis potestate data nomine Dei Patris*  
*Filij & Spiritus sancti, amen. quibus dicit addi manuum impo-*  
*sitionem, modum antiquissimum, cujus ministerio Spiritus San-*  
*ctus operatur.* qua propter etiam Pontificii absolutè eandem  
necessariam esse statuunt, præsertim in inauguratione novi a-  
licuius Ministri Ecclesiæ *ut videre est apud Paul. Tarnovium,*  
12. *de Sacrosf. Ministr. lib. 1. cap. 25. p. 360.* Nos eandem absolutè ne-  
cessariam non putamus siquidem id ipsum specialiter man-  
datum vel esset vel esse deberet, ob cujus defectum ex scriptura  
depromi nequit; Ritus tamen à primitiva Ecclesia non sine  
pia ratione introductum omnino putamus, ibi enim in dicta  
inauguratione ac ordinatione novi Sacerdotis utebantur illa,  
secuti hac in re ipsos S. Apostolos. *Act. 6. v. 6. cap. 13. v. 3. 1.*  
*Timoth. 4. v. 14. & præsertim c. 5. v. 22. 2. Timoth. cap. 1. v. 6. &*  
significat amorem, gratiam, gubernationem ac protecti-  
onem divinam verè respicientibus, secus verò facientibus  
gravem manum Divinam, cum minantem, tum minas exe-  
quentem, Eapropter postmodum ad modum absolvendi  
13. translata. Idem sentimus de modo absolvendi, qui Diebus  
Dominicis & Festis è suggestu publicè fit, cui in quibusdam  
Ecclesiis Protestantium additur signum Crucis; quod idè  
servari asserunt cum non fiat ad superstitionem aliquam, sed  
præprimis in recordationem duræ passionis Christi, per  
quam



quam ab omni peccato liberati ut & a Diaboli astutiis & malis  
tuti facti sumus, & ut sciamus justos etiam in hac vita eruci  
obnoxios esse. Ac in priori Ecclesia signum crucis adhibu-  
isse Christianos, memoriae proditum reperitur, cum enim gen-  
tes olim Christianos, per ludibrium vocarent Crucis religio-  
sos, teste, *Tertull. in Apolog. c. 16.* Christiani ut ostenderent se  
ob crucem Christi non erubescere, in medio frontis eam  
pingebant. Unde *Cyrill. Hieros. Catech. 13.* Non pudeat nos  
*Crucifixum confiteri, sed in fronte confidenter signaculum crucis*  
*digitis imprimamus.* Et *August. serm. 8. de verbis Domini. De*  
*Cruce Christi nobis insultant sapientes hujus mundi, & dicunt,*  
*quale Cor habetis, qui Deum colitis crucifixum, in fronte eum*  
*signatis, ubi sedes pudoris est.* *Balduin. de Casib. Conscient.*  
*lib. 3. cap. 7. cas. 8.* *Gerhard. in locis Theolog. de Baptism. tom. 4.*  
*cap. 8. sect. 3. tb. 261. itidem approbatur illud ipsum in constit.*  
*Eccles. Synod. Anglican zu London anno 1608.* Cum vero ab-  
solutio hæc, quæ unicuique peccatori relapsenti à quibus-  
cunque peccatis datur quam propterea non sine nota 14.  
etiam generalem appellavimus, vel publica quæ est totius  
Ecclesiæ coram Deo vel certarum personarum coram Eccle-  
sia & quæ palam, vel privata, quæ à Ministro ecclesiæ priva-  
tim cuique conceditur, confessionem quam dicunt auricula-  
rem, quæ ipsa in antiquam ecclesiam introducta ab antiquis  
Pontificibus, ut loquitur *Sozomenus in tripart. histor. l. 9. c. 35*  
vel ut *Nicephorus ait lib. 12. cap. 28.* ab Episcopis qui proximi fu-  
ere post Christum anno nimirum 260. ut enim *Socrates testa-*  
*tur l. 5. c. 19.* antiquo Canone Ecclesiastico de publica scil.  
confessione additione hac adjecta, ut Præbyter deligeretur,  
qui probatæ fidei & taciturnus esset, apud quem poenitentes  
commissa confiterentur. Verum Papatui originem suam pe-  
nitus adscribere non potest, cum confessio privata aliquo  
modo fuisse deprehendatur sub Phoca, imò Cyprianus, Basi-  
lius,



lius, Augustinus & Crysoftomus honorificam ejus faciunt mentionem, qui tamen omnes antequam Papa cum suis Monachis esse cepit quoad deteriorem sui partem esse desiderunt, & ad plures abierunt. Accedit quod Confessio auricularis Pontificia anno demum 1213. in Romana Ecclesia plenè recepta dicatur à *Polydoro Virgil. l. 1. c. 6. de inventorib. rerum. Franco lib. 1. Chronicor. & ab ipso Innocentio lib. 2. de Martijrib.* Nec utilitatis omnis expers dicitur si abufum paucorum tollas, respectu ministrorum Ecclesiæ, & consistit in exploratione necessaria confitentium, an scil. fundamenta & capita Christianæ doctrinæ recte intelligant, an verè non tam ob timorem quam amorem Dei peccata doleant, an serio per gratiam Spiritus Sancti resipiscere velint, vel ut hi, ipsos confitentes, si intellectui eorum quid desit informare possint eo melius, ut ita confitens se ipsum probare possit an in fide sit. *1. corinth. 11. v. 28. & 2. corint. 13. v. 5.* Pastor verò securus sit de officio suo benè gesto, cum pro omnibus animabus suæ curæ concreditis rationem reddere, & sedulo cavere debeat, ne sacrum det canibus, *Matth. 7. v. 6.* ex quibus resultare denique potest ipsorum confitentium quoque utilitas. *Prout pluribus hoc ipsum deducunt, Meisnerus in Colleg. Adiaphorist. Disput. 7. per tot. Tarnov. de sacros. Ministerio lib. 2. c. 23.* Unde deducunt in Ecclesiis ubi recepta eadè, servari valere nec facile abrogandam esse. *Teste Dn. Carpz. lib. 2. Jurispr. Consist. tit. 18. def. 228. ex ment. August. Confess. art. 11. Balduin, de casib. Conscient. lib. 4. cap. 10. cas. 1. 2. & seqq. ubi in cas. 5. tradit, Ministrum Ecclesiæ salva quoque conscientia aliquid honorarii loco à confitente accipere posse, modo non petatur ut debitum, dignus enim est operarius mercede sua Luc. 10. v. 7. & 8. v. 3. Genes. 14. v. 20. Dn. Carpz. in Jurispr. Eccles. lib. 1. tit. 7. def. 118. et 119. tit. 12. def. 189.* Tantum de modo absolvendi in

Ecclesiæ.

CAP.





CAP. III.

DE EFFECTU ABSOLUTIONIS

SUMMARIA.

- |                                                                                |                                                     |
|--------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------|
| 1. Effectus absolutionis in genere.                                            | 3. An Impii & manifesti peccatores absolvendi sint. |
| 2. Absolutus in foro pœnitentiali an rursus possit accusari in foro exteriori. | 4. An Excommunicatio rursus introducenda.           |

**E**FFECTUS Absolutionis tam ab Excommunicatione quam alias à peccatis, ex antecedentibus ferè patet, & breviter prout diximus finem excommunicationis esse, ut delinquens discat redire ad meliorem frugem ac post emendationem gratiæ Divinæ tandem per absolutionem restituatur, ita in genere quoque cuiuscunque absolutionis effectus est, receptio in gratiam & liberatio à pœna ut testatur *Tusch, Conclus. 45. tom. 1.* Quod si tamen ob hypocriticam confessionem absoluti, cum ministri Ecclesiæ cordium scrutatores non sint, absolutio hæc nulla est, cum ipse Deus T. O. M. ut *Kag-Sioyvw'sny* falli nequeat. Quapropter etiam in absolutione generali, quæ è suggestu fit ex potestate Clavis ligantis, impœnitentibus, reservatio peccatorum & pœna æterna, nisi veram egerint pœnitentiam, annunciat. Unde quæritur, 2i. an absolutus de crimine in foro Conscientiæ, etiam absolutus de eodem censeatur in foro exteriori? Quod omnino negandum cum prior criminis examinatio tendat ad pœnitentiam & Divinam vindictam; posterior verò necessaria sit ad publicam vindictam & satisfactionem Reip. ut itaque huic per illam præiudicari nequeat, *Covarr. var. resol. lib. 2. cap. 10. Decian. pr. Crim. lib. 3. cap. 30. n. 28. Tholos. in Partit. jur. Can. lib. 5. tit. 9. c. 2. glos. qui addit*, hoc ipsum procedere, quamvis quis absolutus sit per baptismum. Prout nec jure

E 3:

Ponti-



Pontificio Absolutus ab excommunicatione vi jubilæi aut bullarum Apostolicarū ab ipso confessionario in foro Conscientiæ, soluto insuper damno & præmissa satisfactione tutus est in foro iudiciali & exteriori, nisi in literis Apostolicis dictum sit eam etiam in iudiciali exteriori foro admittendam esse, multum enim jurisdictioni Ecclesiasticæ fori exterioris detrahitur, si publicè excommunicatus à confessionario sibi ad hoc electo secreto absolvatur & ita sese in contemptum iudicis sacris rursus immisceat. *Ut habet Covarr. tom. 1. p. 182.*

3. n. 16. Paucula hæc de Effectu Absolutionis; cætera enim in præcedentibus sufficienter explicata sunt. Coronidis loco addimus Controversiam, An ii qui verâ fide & serâ contritione cordis destituuntur, absolvendi sint? Ubi disting: aut tales sunt qui ex consuetudine S. Cœna utuntur intermissuri hoc ipsum, si liceret, qui, si de iis constet Sacerdoti, omnino absolvendi non sunt; aut tales existunt, qui vero quidem corde peccata dolent & agnoscunt, inq; gratia Dei remissionis ejus iræ & pœnæ, spem positam habent: Attamen quod hæc ipsa admodum languida & torpentia sentiunt, se veris motibus, qui sunt à Spiritu Adoptionis *Rom. 8. v. 16. & ingenuitatis Psalm. 51. v. 14.* carere statuunt, ac ita se indignè Sacra Cœna frui volunt, qui tamen dignissimi sunt, cum hic cibus & potus ægrotantibus, non valentibus paratus sit, & propterea absolvendi omnino sunt ex mente Theologorum; Manifesti verò peccatores impœnitentes, & in peccatis perseverantes, planè absolvendi non sunt. *Ut probat Tarnovius de Sacro S. Ministerio lib. 2. cap. 23. quest. 8. 9. p. 839. & seqq.* Quare omnino impietas eiusmodi hominis excommunicando potius punienda, quam ut putridum membrum toti Ecclesiæ scandalo sit. Unde patet quid de quæstione sentiendum, an Excommunicatio rursus introduci debeat? Quippe ex dictis in præced. cap. liquet, eam positis terminis habili-



habilibus in usu adhuc esse, adeo ut nova introductione opus non habeat, vel si quo in loco in desuetudinem abierit, revocanda omnino sit. Pium quippe remedium est, quod & ipsis excommunicatis maximè prodest, dummodo legitimo modo, h. e. ex certa causa, iusta ac necessaria, ac ab iis penes quos ista potestas, fiat, absit enim hic affectus, & vindictæ cupiditas procul abhinc: non enim ludendum est cum iis quæ ad gloriam Dei pertinent. Unde etiam Canones, injustas excommunicationes adversus excommunicantem, eadem pœna puniri volunt. *Ut videre est apud Zepper. de Politia Eccles. lib. 1. c. 21. p. m. 236.* & usus ejus etiam in primitiva Ecclesia præeunte ipso Christo *Matth. 18. v. 15.* religiosus maximè fuit, *prout ultra Can. Duo sunt. 10. Dist. 96.* hinc inde traditur; Quamvis Pontificiorum morem excommunicandi injustissimum, vel quo ob patrata scelera dimidiæ vel majoris etiam partis Ecclesiæ tota ecclesia simul, vel quo ob frivolas sæpè causas unus atque alter, excommunicationis fulmine feritur, de quo videri potest *Baldwin. in Casib. Conscient. lib. 4. cap. 10. cas. 10.* plane non probemus.

Et sic Absolutionis materia absoluta, cum plura adde-  
re ratio propositi impedierit. Deo T. O. M. imprimis gra-  
tias, quod Spiritus sui Sancti auxilio, hanc ipsam ad finem  
perducere potuerim feliciter, ago: Ipse porrò Studiis faveat  
clementissime. Et quod summum est, æternæ salutis  
nos faciat participes, & ab omni peccato  
benignissimè absolvat. Ei inte-  
rim sit.

*LAUS, HONOR, & GLORIA:*

NOB-





NOBILI ET CLARISSIMO DN. CANDIDATO  
AMICO SUO.

**Q**ui valeas genio, qui premia digna ferebas,  
Actum tentamen nunc satis Otto Probat.  
His meritis sis felix, ast non invidus abfit,  
Fortunatus ages dum invidiosus eris.

De Promeritis Licentiati honoribus  
gratulaturus

scrib.

JOHANN: FRIDRICH RHETIUS,  
D. & P. P.

---

**V**ir absolutus omnibus numeris erit  
Qui quod secutus est artis semel genus  
In hoc probatus absolute cernitur  
Palmanque victricem capit feliciter.  
Punctum fecisti tale. Frater optime.  
In publica nam Te cathedra RHETIUS  
Nostri Lycei SERVIUS Laura beat  
Myrtamque juris absolutum nuncupat  
Hoc promittudo nomen promeret tua  
Præsensque de *Absolutione* pagina,  
Vir absolutus omnibus numeris eris.

JOHANNES ZACHARIAS MYLIUS  
L. L. Cult.




(X2618012)

VD17











B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

1666, 6a

*Handwritten signature*  
18

*mo auxiliante*

# ITIONE,

M SOLEMNEM

Facultatis Juridicæ

*Viadrina*

IDE.

## FRIDERICO

### D. PAND. PROF.

Pro-Decano.

*ctorum*

*nte & Pomeridianis.*

e honoribus obtinendis.

*bit.*

## TOPH. OTTO,

March.



cis VIADRUM

S BECMANUS.